

No

A

37-A1

84

12192563X



A

37

401

Del colegio de Grax. B. A.  
IACOBI SAN-  
NAZARII OPE-  
RA OMNIA.

*5 dots*



*R. 13164*

Quorum Indicem sequens  
pagella continet.

*esta es la pagella de los libros que se  
compraron del año de 1612*

*San Rey  
Wart...*

VIRTUTE DVCE



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI  
APVD HAERED. SEB  
GRYPHIL.

1558.



*Terminacion de la yngañidares correos este libro conforme  
al expuscion del año de 1612. engrañida a 8 de junio de 1632  
B. de meobran*

INDEX OPERVM  
SANNAZARII.

\*

De partu Virginis libri tres.  
Lamentatio CHRISTI.  
Eclogæ quinque.  
Fragmentum.  
Elegiarum libri tres.  
Epigrammaton libri tres.

CLEMENTI VII. PON.  
MAX. ACTIVS SYN-  
CERVS.

Magne parent, custosq; hominum, cui ius datur unis  
Clandere cœlestes, & referare fores:  
Occurrent si qua in nostris male summa libellis,  
Deleat errores æqua litura meos.  
Imperijs uenerande tuis submittimus illos:  
Nam sine te recta non licet ire uia.  
Ipse manu, sacrisq; potens Podalyrius herbis  
Vlcera Pœonia nostra leuabis ope.  
Quippe mihi toto nullus te præter in orbe  
Triste salutifera leniet arte malum.  
Rarus honos, summo se præside posse tueri:  
Rarior, à summo præside posse legi.

ACTII SYN-  
CERI SANNAZA-

RII NEAPOLITA-

ni, uirj Patricij de Pars  
tu Virginis.

LIBER PRIMVS.



IRGINEI partus, magnoq;  
aquaena parenti  
Progenies, superas caeli quae mis-  
sa per auras  
Antiquam generis labem mors  
talibus agris

Abluit, obstructiq; uiam patefecit olympi.  
Sit mihi Caelicole primus labor: hoc mihi primum  
Surgat opus. Vos auditis ab origine causas,  
Et tanti seriem (si fas) euoluite facti.

Nec minus o Muse uatum decus, hic ego uestros  
Optarim fonteis, uestras nemora ardua rupes:  
Quandoquidem genus e caelo deducitis, & uos  
Virginitas sanctaeq; iuuat reuerentia fama.  
Vos igitur, seu cura poli seu Virginis huius  
Tangit honos, monstrate uiam, qua nubila uitae:  
Et mecum immensi portas recludite caeli.  
Magna quidem, magna Aonides sed debita posco,  
Nec uobis ignota: etenim potuistis & aurum  
Adspicere, & choreas nec uos orientis caelo  
Signa, nec Eoos Reges latuisse putandum est.

Tuq; adeo spes fida hominum, spes fida deorum  
 Alma parens, quam mille acies, (quaq; aetheris alti  
 Militia est) totidem currus, tot signa, tubaq;  
 Tot litui comitantur, ouantiq; agmina gyro  
 Adglomerant: niuis tibi si solennia templis  
 Serta damus: si mansuras tibi ponimus aras  
 Exciso in scopulo, fluctus unde aurea canos  
 Despiciens, celso si culmine Mergilline  
 Ad tollit, nautiq; procul uenientibus offert:  
 Si laudes de more tuas, si sacra, diemq;  
 Ac cœtus latè insigneis, ritusq; dicamus,  
 Annua felicitis colimus dum gaudia partus:  
 Tu uatem ignarumq; uia, insuetumq; labori  
 Diua mone, & pavidis iam læta adlabere cœptis.

Viderat ætherea superùm regnator ab arce,  
 Vndiq; collectas uectari in Tartara prædas:  
 Tisiphonenq; imo conantem cuncta profundo  
 Vertere, & immancis stimulantē ad dira sorores:  
 Nec iam homini prodesse, alto quòd semina cœlo  
 Duceret, aut uarios animum excoluisset ad usus:  
 Tantum letifera poterant contagia culpe:  
 Tum pectus Pater æterno succensus amore,  
 Sic secum: Equis erit finis? tantisue parentum  
 Prisca luent hænis feri commissæ nepotes?  
 Ut quos uicturos semper, superisq; creatam  
 Pene pareis, tristi patiar succumbere leto,  
 Informeisq; domos, obscuraq; regna subire?  
 Non ita: sed diuùm potius reuocentur ad oras,  
 Ut decet, & manuum poscunt opera alta mearum

Desertosq; foros, uacuiq; sedilia cæli  
 Aclatum complere parent:legio unde, nefandis  
 Acta odijs, trepidas ruit exturbata per auras.  
 Quumq; caput fuerit, tantorumq; una malorum  
 Fœmina principium, lacrymasq;, & funera terris  
 Intulerit: nunc auxilium ferat ipsa, modumq;  
 (Quæ licet) afflictis imponat fœmina rebus.

Hæc ait: & celerem stellata in ueste ministrum,  
 Qui castæ diuina ferat mandata puellæ,  
 Adloquitur, facie insignem, & fulgentibus alis.  
 Te, quem certa uocant magnarum exordia rerum,  
 Fide uigil, pars militiæ fortissima nostræ,  
 Te decet ire, nouumq; in secula iungere fœdus:  
 Nunc animû huc aduerte, atq; hæc sub pectore serua:  
 Est urbeis Phœnicum inter, lateq; fluentem  
 Iordanem, regio nostris sat cognita sacris,  
 Iudæam appellant, armisq;, & lege potentem.  
 Hic clarus exorta atavis, uatumq; ducumq;  
 Antiquum genus, & dignis licet aucta hymenæis,  
 Pectoris inlæsum Virgo mihi casta pudorem  
 Seruat adhuc, nullos non seruatura per annos:  
 (Mirus amor) seniumq; sui uenerata mariti  
 Exiguus degit thalamis, & paupere tecto,  
 Digna polo regnare, altoq; effulgere diuûm  
 Concilio, & nostros æternum habitare penates.  
 Hanc mihi uirginibus iam pridem ex omnibus unã  
 Delegi, prudensq; animo interiore locaui:  
 Ut foret, intacta sanctum quæ numen in aluo  
 Conciperet, ferretq; pios sine semine partus.

Ergo agè nubivagos molire per aëra gressus:  
 Deuēiensq; locum castas inæc iussus ad aureis  
 Effare, & pulchris cunctantem hortatibus imple,  
 Quandoquidem genus è stygijs mortale tenebris  
 Eripere est animus, fauorq; arcere labores.

Dixerat: ille altum Zephyris per inane uocatis  
 Carpit iter, scindit nebulas atq; aëra tranat  
 Ima petens, pronusq; leucis uix commouet alas.  
 Qualis, ubi ex alto notis Meandria ripis  
 Prospexit uada, seu placidi stagna ampla Caystri,  
 Præcipitem sese candenti corpore cygnus  
 Mittit agens, iamq; implumis segnisq; uidetur  
 Ipse sibi, donec tandem potiatur amatis  
 Victor aquis: sic ille auras, nubesq; secabat.  
 Ast ubi palmifera tractu stetit altus Idumes:  
 Rezinam haud humiles uoluentem pectore curas  
 Adspicit: atq; illi ueteres de more Sibylle  
 In manibus: tum si qua euo reseranda nepotum  
 Fatidici casto cecinerunt pectore uates.  
 Ipsam autem securam animi, letamq; uideres  
 Autorem sperare suum: namq; adfore tempus,  
 Quo sacer æthereis delapsus spiritus aëtris  
 Incorrupta pie compleret viscera matris,  
 Audierat. Proh quanta alti reuerentia cæli  
 Virgineo in uultu est! oculos deiecta modestos  
 Suspirat: matremq; Dei uementis adorat:  
 Felicemq; illam, humana nec lege creatam  
 Sæpe uocat: necdum ipsa suos iam sentit honores,  
 Cum subito ex alto iuuenis demissus olympo,

Purpureos reteggit uultus: numenq; profectus  
 Incessuq; habituq; ingenteis explicat alas:  
 Ac tectis latè insuetum diffundit odorem.  
 Mox prior hæc: Oculis salæ lux debita nostris,  
 Lampridem notum cælo iubar, optima Virgo:  
 Cui sese tot dona, tot explicuere merenti  
 Diuitiæ superùm: quicquid relictū; probiq;  
 Aeterna de mente fuit: purissima quicquid  
 Ad terras summo ueniens sapientia cælo  
 Fert secum, & plenis exundans gratia riuis.  
 Te genitor stabili firmam sibi lege sacrauit,  
 Perpetuos genitor cursus qui dirigit astris:  
 Mansuramq; tuo sicut sub pectore sedem.  
 Idcirco cœtus inter ueneranda pudicos  
 Vna es, quam latus cœli in regionibus olim  
 Tot diuum celebrent uoces, prob gaudia terris  
 Quanta dabis! quantis hominum subcurrere uotis  
 Incipies! Stupuit confestim exterrita Virgo:  
 Demisitq; oculos: totosq; expalluit artus.  
 Non secus, ac conchis si quando intenta legendis  
 Seu Miconæ parua scopulis, seu fortè Seriphi  
 Nuda pedem uirgo, læta noua gloria matris  
 Veliferam aduertit uicina ad littora puppim  
 Aduentare, timet. nec iam subducere uestem  
 Audet, nec tutò ad socias se reddere cursu:  
 Sed trepidans silet, obtutuq; immobilis hæret.  
 Illa Arabum merceis, & fortunata Canopi  
 Dona ferens, nullis bellum mortalibus infert:  
 Sed pelago innocuis circummitet armamentis.

Tum rutilus cæli alipotens, cui lactea fands  
 Copia, diuiniq; fluunt è pectore rores,  
 Ambrosia, quibus ille acreis mulcere procellas  
 Possit, & iratos pelago depellere uentos:

Exue Dia metus animo, paritura uerendum  
 Cælitibus numen, sperataq; gaudia terris,  
 Aeternamq; datura uenis per secula pacem.  
 Hæc ego siderea missus tibi nuntius arce,  
 Sublimis celeres uexit quem penna per auras,  
 Vaticinor non insidias, non neclere fraudes  
 Edoctus: longe à nostris fraus exulat oris.

Quippe tui magnum magna incrementa per orbem  
 Ipsa olim partus Virgo sobolisq; beate  
 Adspicies. uincet proauos: proauitaq; longo  
 Extendet iura imperio: populisq; uocatis  
 Ad solium, latè ingentes moderabitur urbes:  
 Nec sceptri iam finis erit, nec terminus aui.  
 Quin iustis paulatim animis pulcherrima surget  
 Relligio. non monstra, pijs sed numina templis  
 Placabunt casta diris sine cædibus aræ.

Dixerat: illa animum sedato pectore firmans,  
 Substitit, & placido breuiter sic ore locuta est:  
 Conceptusne mihi tandem partusq; futuros  
 Sancte refers? mène attactus perferre uirileis  
 Posse putas? cui uel nitenti matris ab aluo  
 Protinus inconcussum, & ineluctabile uotum  
 Virginitas fuit una: nec est cur soluere amata  
 Iura pudicitia cupiam, aut hæc fœdera rumpam.  
 Imò istas, quod tu minimè iam uere, per aureis

Excipis

Excipit interpres, fecundam spiritus aluum  
 Influet, implebisq; potenti viscera partu,  
 Flammifero ueniens caelo atq; micantibus astris.  
 At tu uirgineum mirata tumescere uentrem,  
 Harebis pauitans: demum formidine pulsa  
 Gaudia seruari capies inopina pudoris.  
 Neue haec uana putes, dictis aut territa nostris  
 Indubites: seræ dudum concessa senectæ  
 Dona oculos pone ante tuos. Nam sanguine auito  
 Iuncta tibi mulier (sterilis licet illa, grauiq;  
 Pressa tuo) haud quaquam speratum hoc tempore pignus  
 Fert utero, & felix sexto sub mense laborat.  
 Usque adeo magno nil non superabile caelo est.

His dictis, Regina oculos ad sidera tollens  
 Caelestiumq; domos superas, atq; aurea tecta,  
 Adnuit, & talis emisit pectore uoces:  
 Iam iam uince fides, uince obsequiosa uoluntas:  
 En adsum: accipio uenerans tua iussa, tuumq;  
 Dulce sacrum pater omnipotens: nec fallere uestrum est  
 Caelicola: nosco crineis, nosco ora, manusq;  
 Verbaq; & aligerum caeli haud uariatis alumnus.  
 Tantum effata, repente noua micuisse penateis  
 Luce uidet: nitor ecce domum compleat: ibi illa,  
 Ardentum haud patiens radiorum, ignisq; corusci,  
 Extimuit magis. At uenter (mirabile dictu)  
 (Non ignota cano) sine ui, sine labe pudoris,  
 Arcano intumuit uerbo. Vigor actus ab alto  
 Irradians, Vigor omnipotens, Vigor omnia coplens  
 Descendit, Deus ille, Deus: totosq; per artus

Dat sese, miscetq; utero, quo tacta repente  
 Viscera contremuere: silet natura pauetq;  
 Adtonita similis: confusaq; turbine rerum  
 Insolito, occultas conatur querere causas.  
 Sed longe uireis alias, maioraq; sentit  
 Numina: succutitur tellus: leuuiq; sereno  
 Intonuit caelo rerum cui summa potestas,  
 Aduentum nati genitor testatus: ut omnes  
 Audirent late populi, quos maximus ambit  
 Oceanus, Tethysq; & rancifona Amphitrite.

Hos inter medios caeli, terraq; fragores  
 Aequatis properans uolucer pulcherrimus alis,  
 Omnia dum trepidant, discesserat, altaq; nabat  
 Per loca, cum Virgo celsis in nubibus illum  
 Alternantem humeros uidet, atq; immensa secantem  
 Ventorum spatia, & iam uersicolore per auras  
 Fulgentem pluma, ac caeli conuexa petentem.  
 Quem demum tali adspectans sermone secuta est:  
 Magne ales, celsi decus aetheris, inuia rerum  
 Qui penetras, longeq; & nubila linqvis, & Euros  
 Anteuolans, leto seu te felicia tractu  
 Sidera, quaeq; suos uoluuntur signa per orbis  
 Expectant redeuntem: alti seu certa reposcit  
 Crystalli domus, & uitrei plaga lucida regni:  
 Seu propiora uocant supremo tecla Tonanti,  
 Qua patet in summum regio flammantis olympi,  
 Teq; amor, & liquidis flagrans alit ignibus aura:  
 I precor, i nostrum testis defende pudorem.  
 Nec plura bis: tum uerò aciem defleclit, & omneis,

Haud

Has  
 Agn  
 Mul  
 P  
 Pal  
 Op  
 Tan  
 Im  
 Ten  
 Ex  
 Ho  
 Per  
 Tu  
 A  
 At  
 In  
 D  
 D  
 Q  
 D  
 A  
 D  
 In  
 N  
 E  
 M  
 R  
 N  
 P

Haud mora sollicito peccurrit lumine monteis:  
 Agnatamq; animo conceptaq; pignora uersat,  
 Multa putans: secumq; ueri miratur honorem.  
 Interea manens descendit fama sub imos:  
 Pallenteisq; domos ueris rumoribus implet:  
 Optatum aduentare diem, quo tristitia linquant  
 Tartara, & euictis fugiant Acheronta tenebris,  
 Immanemq; ululatum, & non latabile murmur  
 Tergemini canis: aduerso qui carceris antro  
 Excubat insomnis semper, rituq; trifurci  
 Horrendum, stimulante fame, sub nocte profunda  
 Personat, & morsu uenientis adpetit umbras.  
 Tum uerò Heròes latati, animaq; piorum,  
 Ad caelum erectas coeperunt tendere palmas,  
 Atq; hic insignis funda, citharaq; decorus,  
 Insignis sceptro semis, per opaca locorum  
 Dum graditur, neclitq; sacros diademate crineis:  
 Dum legit effuetos Leithæo in gramine flores,  
 Quà tacitè labuntur aquæ, mutæq; uolucres  
 Ducunt per sterileis æterna silentia ramos:  
 Adtonita subitos concepit mente furores,  
 Diuinamq; animam: & consuetò numine plenus,  
 Intorquens oculos, uenientia fata recenset.  
 Nascere magne puer: nostros quem soluere nexus,  
 Et tantos genitor uoluit perferre labores.  
 Magne puer, cui se hæc tandem spolianda reseruât  
 Regna, tot heu miseris hominum ditata ruinis,  
 Nascere, uenturum si te mortalibus olim  
 Pectore ueridico promissimus, igneus ut nos

Viribus adflatos cœlestibus ardor agebat  
 Insinuans: si sacra peregrimus, & tua latè  
 Iussa per immensum fama vulgauimus orbem.  
 En ridet pax alma tibi: simul ecce potentes  
 Impulsi cœlo, diuisq; autoribus acti  
 Orbe alio properant Reges. Saluete beati  
 Aethiopes, hominum sanctum genus, astra secuti:  
 Scilicet huc uestris adfertis munera regnis.  
 Accipe dona puer: tuq; ò sanctissima mater  
 Sume animos: iam te populiq; ducesq; frequentant  
 Littore ab extremo, & odoriferis Nabathæis.  
 Ille autem aurata fulgens in ueste sacerdos  
 Iam canus, iam maturo uenerabilis auro  
 Quid sibi uult? sacras puerum qui sistit ad aras,  
 Sic uenerans? letoq; inspectans æthera uultu?  
 Seq; dehinc facili clausurum lumina fato,  
 Exclamat: quòd speratum per secula munus,  
 Promissamq; diu pacem, certamq; salutem  
 Terrarum exorta liceat sibi luce tueri  
 Optanti seniumq; ideo, Parcasq; trahenti.  
 Sed quid ego (heu) dira conspersos cæde penateis  
 Infantum, & subito currenteis sanguine riuos  
 Adspicio? tristisq; meas uagitus ad aureis  
 Fertur? iò scelus est partus ingulare recentis.  
 Crudelus, quid agis? nihil hi meruere: neq; illum,  
 Quem petis, insano dabitur tibi perdere ferro.  
 Nunc nunc ò matres scelerata abscedite terra,  
 Dum licet, inq; sinu pueros abscondite uestros:  
 Nam ferus hostis adest. propera iam regia uirgo,

Inq;

Inq;  
 Adn  
 Tut  
 Ver  
 Sol  
 Ing  
 Au  
 Na  
 Sef  
 Per  
 Of  
 Tr  
 Et  
 Or  
 F  
 Tr  
 Pa  
 In  
 O  
 Q  
 C  
 M  
 A  
 P  
 P  
 T  
 C  
 A  
 C

Inq; Parethonias transfer tua pignora terras:  
 Admonet hoc magnū genitor qui temperat orbem.  
 Tuta domus, tutiq; illic tibi Dia recessus.  
 Verum ubi bis senas hyemes, bis senaq; nati  
 Solstitia, & tantos superaues anxia casus:  
 Ingenteis imo duces de pectore questus,  
 Aureaq; assiduis pulsabis sidera uotis.  
 Nam puerum, quamuis per compita sepe uocatum,  
 Sape expectatum consueta ad gaudia mensæ,  
 Perquires nequicquam amens: nec chara petentem  
 Oscula, nec sera redeuntem nocte uidebis.  
 Treisq; illum totos mœrenti pectore soles,  
 Et totidem trepidas somni sine munere nocteis  
 Omnia lustrantes, questu omnia confundentes  
 Flebitis, indigno percussi corda dolore  
 Tuq; senexq; tuus. Quarto sed Lucifer ortu  
 Purpureos tremulo cum tollet ab æquore uultus,  
 Inuentum dabit, & quærentibus offeret ultro.  
 O quas tunc lacrymas, o que tunc oscula mater,  
 Quos dabis amplexus, misto inter gaudia fletu:  
 Cum natum ante aras Patris, & delubra sedentem,  
 Mulcentemq; senes dictis, animosq; trahentem,  
 Adspicies gauisa! ipso admirante senatu  
 Primitias pueri ingenteis, nec inane sagacis  
 Pectoris indicium, natæq; ad grandia mentis:  
 Tu uerò quid in arma ruis scelerata iuentus,  
 Quid galeas, ensesq; uirum, & fulgentia cerno  
 Agmina? scutatasq; procul sub nocte cohorteis  
 Obscura, & crebris radiant eis ignibus hastas?

Tôtue unum telis petitur caput? heu furor, heu mēs  
 Caca hominum, semperq; odijs adcinctā nefandis,  
 Iamq; oleas, montemq; sacrum circumq; supraq;  
 Cinxere, & longa lucum obsedere corona.  
 Quò feror? ecce trahūt manib<sup>9</sup> post terga reuinctis  
 Infontem: modo quem latas mira illa per orbem  
 Edentem, patruq; palam præcepta docentem  
 Adtoniti stupuere, illum regemq; Deumq;  
 Humanamq; ducem uitæ, fontemq; salutis  
 Haud uerui populo circum plaudente fateri.  
 Heu facinus: mortemne etiam, & crudele minatur  
 Supplicium? seuos stringunt in uulnera fasceis,  
 Horrentemq; parant paliuro intexere duros,  
 Tormenti genus: & capiti premere inde coronam  
 Vulnificam: Videm' alternos ut arundinis ictus  
 Incutiunt? geminantq; truci conuitia lingua?  
 Parte alia ingentis uideo de stirpibus: mis  
 Euerti palmas, altas ad sidera palmas,  
 Infelix opus unde hominum lux illa, decorq;  
 Pendeat. ah trepidis dirum, & miserabile terris:  
 Cum patri æthereo moriens liuentia pandet  
 Brachia, turpatosq; atra de morte capillos,  
 Oraq;, demissosq; oculos, frontemq; cruore  
 Iam madidam & lato patefactum pectus hiatu.  
 At mater, non iam mater, sed fientis, & orbe  
 Infelix simulacrum ægra ac sine uiribus umbra,  
 Ante crucem demissa genas, effusa capillum  
 Stat lacrymans, trisliq; irrorat pectora fletu.  
 Ac si iam comperta mihi licet ore profari

Om  
 Lum  
 Sider  
 Vul  
 Cui  
 Incip  
 Exc  
 Deic  
 Nat  
 Hæc  
 Qu  
 Cui  
 Qu  
 Pos  
 Ad  
 Tur  
 Sic  
 O  
 Pre  
 Ast  
 Qu  
 Cui  
 Me  
 Ob  
 Ve  
 Qu  
 Ip  
 Re  
 Ac

Omnia: desersi spectans morientia nati  
 Lumina, crudelis terras, crudelia dicit  
 Sidera: crudelem sese, quòd talia cernat  
 Vulnere saepe uocat: tum luclifono ululatu  
 Cuncta replens, singultanti sic incipit ore:  
 Incipit, & duro figit simul oscula ligno  
 Exclamans: Quis me miseram, quis culmine tanto  
 Deieciam subitis inuoluit nate procellis?  
 Nate patris uires, sanguis meus, unde repente  
 Hac fera tempestas? quis te mihi fluctus ademit?  
 Quæ manus indignos fixauit sanguine uultus?  
 Cui tantum in superos licuit? bella impia cælo  
 Quis parat? hunc ego te, post tot male tuta labores,  
 Postq; tot infelix elapse incommoda uita  
 Adspicio? tunc illa tua lux unica matris?  
 Tunc anima pax, & requies, spesq; ultima nostra  
 Sic raperis? sic me solam, exanimemq; relinquis?  
 O dolor, extincto iam te pro fratre sorores,  
 Pro natis toties exorauere parentes:  
 Ast ego pro nato, pro te dominoq; deoq;  
 Quem misera exorem? quò tristitia pector auertam?  
 Cui querar? ò tandem dira me perditte dextra:  
 Me potius (si qua est pietas) immanibus armis  
 Obruite: in me omnes effundite pectoris iras:  
 Vel tu (si tanti est hominum genus) eripe matrem  
 Quæ rogat, & Stygias tecum nate sub umbras,  
 Ipsa ego te per dura locorum, inamænaq; uiuis  
 Regna sequar. liceat rumpentem cernere portas  
 Aeratas: liceat pulchro sudore madentem

Euerforem Erebi materna abstergere dextra.  
 Hos illa plures fundet de pectore questus.  
 Quod scelus Eois ut primum cernet ab undis  
 Sol. indignanteis retro conuertere currus  
 Optabit frustra; suis luctatus habenis,  
 Quod poterit tandem, auratos ferrugine crineis  
 Inficiet, mistamq; diu sine lumine frontem  
 Ostendet terris: ut qui iam ploret ademptum  
 Autorem, regemq; suum. quin ipsa nigranti  
 Fratris ab ore timens, & tanto concita casu  
 Cynthia, caruleo uultus obnubet amictu,  
 Auertetq; oculos, lacrymasq; effundet inaneis.  
 At contra horrisono tellus concussa tremore,  
 Cum gemitu fremet: & ruptis excita sepulcris  
 Emitteret simulacra. Quid o, quid abire paratis  
 Illustres anime? non omnibus hac data rerum  
 Conditio, paucis remeare ad lumina uite  
 Concessum. Sed tempus erit, cum Martia rauco  
 Mugitu caelum quatiet tuba: cumq; repente  
 Corpora per terras omneis late omnia surgent.  
 Nunc autem sat Tartarei si claustra tyranni  
 Effringat Rex ille: & caligantia pandat  
 Atria: diffugiant immisso lumine dira  
 Eumenidum facies iactis in terga colubris.  
 Quas atro uix in limo Phlegethontis adustum  
 Accipiat nemus, & fumanti condant in ulua.  
 Tum uaria pestes: & monstra horrentia Ditis  
 Ima petant: trepident Briareia turba, Ceraea,  
 Semiferumq; genus Centauri, & Gorgones atrae,  
Scyllaeq;

Scylla  
 Atq;  
 Ipse  
 Duc  
 Infer  
 At n  
 Sign  
 Tolle  
 Viçb  
 Tu n  
 Aeri  
 Ille  
 Lor  
 Non  
 Nec  
 Pri  
 Fer  
 Ste  
 Au  
 Per  
 Ton  
 Dig  
 Ne  
 Ma  
 Co  
 Ma  
 A  
 G

Scyllæq; Sphingesq; ardentisq; ora Chimera,  
 Atq; Hydra, atq; Canes, & terribiles Harpyia.  
 Ipse catenato fessus per tartara collo  
 Ducetur Pluton: trisli quem murmure circum  
 Inferni fractus mœrebunt cornibus amnes:  
 At nos uirginea præcincli tempora lauru,  
 Signa per extentos cœli uictricia campos  
 Tollemus, latoq; ducem clamore sequemur:  
 Victor id, bellator id, tu regna profunda,  
 Tu maneis, Erebumq; potestatesq; coërces  
 Aërias, letumq; tuo sub numine torques.  
 Ille alto temone sedens, leuibusq; quadrigis  
 Lora dabit, uolucresq; reget placido ore iugaleis,  
 Non iam cornipedum ductos de semine equorum,  
 Nec qui consuetas carpant præsepibus herbas.  
 Primus enim ualido submixtus eburnea collo  
 Fert iuga formosi pecoris custodia Taurus,  
 Stellatus minio Taurus: cui cornua fronti  
 Aurea, & auratis horrent palearia setis:  
 Perq; pedes biside radiant noua sidera gemma.  
 Torua boui facies: sed qua non altera cœlo  
 Dignior, imbriferum quæ cornibus inchoët annum,  
 Nec quæ tam claris mugitibus astrâ laceßat.

Et iuxta nemorum terror, rexq; ipse ferarum  
 Magnanimus nitet ore Leo: quem fusa per armos  
 Conuestit iuba: pectoribus generosa superbit  
 Maieestas: non iam ut cædes, aut prælia seuus  
 Adpetat (innocuis armantur dentibus ora:  
 Grataq; tranquillo uidet clementia uultu)

b

Sed

UNIVERSITARIA

Sed cælo ut spatietur, & alta ad sidera tendat.

Hos post insequitur pulchros pennata per artus  
 Alituum regina: sacræ cui uertice plumæ  
 Adsurgunt: flauoq; caput diademate fulget.  
 Ipsa ingens alijs, ingentis fulminis instar  
 Supra hominum tecta, ac monteis, supraq; uolucres  
 Fertur, & obstanteis cursu petit obuia nubes.

Vltimus humana sociat ceruicæ laborem  
 Alatus tergo iuuenis: cui luthæa leuo  
 Ex humero chlamys Eois inspersa lapillis  
 Pendet: eam uariant centum longo ordine Reges  
 Antiquum genus, & Solymiæ primordia gentis,  
 Ostro intertexti. ueros cognoscere uultus  
 Est illic: ueros monteis, & flumina credas:  
 Et uera extremo Babylon nitet aurea limbo.

Tali sidereis curru subuectus in auras,  
 Indutos refrensens spolijs pallentibus axis  
 Perueniet. recto quæ panditur orbita tractu  
 Lactea, & ad sedæis ducit cædentis olympi.  
 Illic auratæ muros mirabimur urbis,  
 Auratasq; domos, & gemmea tecta, uiasq;  
 Stelliferas: uitreosq; altis cum montibus amneis.  
 Atq; ibi seu magni celsum penetrabile Tonantis,  
 Siue alios habitare laeis, at tecta minorum  
 Cœlico: ðm dabitur, stellas numerare licebit,  
 Surgentemq; diem pariter, pariterq; cadentem  
 Sub pedibus spectare, & longos ducere soleis,  
 Longaq; uenturis protendere nomina seclis.

Hæc ubi dicta: patres plausu excepere frequētes  
 Fatidicum uatem, sublatumq; aggere ripæ

Adiollunt humeris, letumq; per auia ducunt.  
 Intremuere Erebi sedes, obscuraq; Ditis  
 Limina, suspirans imo de corde Megara  
 Dat gemitum, & toruas spectat sine mente sorores.  
 Tum caudā exululans sub uentre recondidit atram  
 Cerberus, & fonteis latratu terruit umbras:  
 Commotusq; iuger Cocitus inhorruit antris:  
 Et uaga Sisyphijs haeserunt saxa Licertis.

LIBER SECVN-  
DVS.

REGINA ut subitos imo sub pectore  
 motus  
 Sensit, & adflatu diuini numinis  
 aucla est:

Haud mora, digressu uolucris suspē  
 sa ministri,

Exurgit: monteisq; procul contendit in altos  
 Festinans, ea cura animo uel prima recursat,  
 Matronam defessam euo, cui nulla fuissent  
 Dona uteri (mirum dictu) iam senibus annis  
 Fœcundam, sextiq; grauent sub pondere mensis,  
 Protinus adfari, uocemq; audire loquentis,  
 Et spectare oculis sterili data pignora matri.  
 Ergo adincta uis, nullos studiosa paratus  
 Induitur, nullo disponit pectora cultu:  
 Tantum albo crineis inieclu uestis inumbrans:  
 Qualis stella nitet, tardam quæ circuit Arcton  
 Hyberna sub nocte: aut matutina resurgens

Aurora: aut ubi iam Oceano Sol aureus exit:  
 Quaq; pedes mouet, hæc castâ terra almam instruat,  
 Pubenteisq; rosas, nec iam mæstos hyacinthos,  
 Narcissumq; crocumq; et quicquid purpureum uer  
 Spirat lians, quicquid florum per gramina passim  
 Subgerit immiscens uarios natura colores.  
 Parte alia celeres sistunt uaga flumina cursus:  
 Exultant uallesq; caue collesq; supini:  
 Et circumstantes submitunt culmina pinus:  
 Crebraq; palmiferis erumpunt germina syluis.  
 Omnia letantur, cessant Euriq;, Noti q;:  
 Cessat atrox Boreas, tantum per florea rura  
 Regna tenent Zephyri, cælumq; tepentibus auris  
 Mulcent, quaq; datur, gradientem uoce salutant.  
 Ut uentum ad sedeis: uultu longæua uexendo  
 Obscurit coninx iustis senis: atq; repente  
 Plena deo, subitoq; uteri concussa tumultu,  
 Excipit amplexu uenientem, ac talibus insit:  
 O decus, o laudis mulier dux præuia nostræ,  
 Cœlitibus sola humanum quæ digna reperta es  
 Conciliare genus, cœtusq; ad tollere ad astra  
 Fœmineos: gremium cuius diuinus obumbrat  
 Palmes, inexhaustis terras qui compleat uuis:  
 Quis me, quis tanto superum dignatur honore?  
 Tunc procul uisura humileis Regina penateis  
 Venisti? tunc illa mei pulcherrima regis  
 Mater ades? uidem ut nostra puer excitus aluo,  
 Cum mihi uix primas uocis sonus ambiat aureis,  
 Iam salit, & dominum ceu præcursorus adorat.

Felix.

Felix Virgo animi, felix, cui tanta mereris  
 Credulitas dedit una: in te nam plena uidebis  
 Omnia, quæ magni uerax tibi dixit Olympi  
 Aliger, arcano delapsus ab æthere cursu.  
 Illa sub hæc: Miranda alti quis facta Tonantis,  
 O mater, meritas cælo quæ tollere laudes  
 Vox queat? exultant dulci mæa pectora motu  
 Autori tantorum operum: qui me ima tenentem,  
 Indignamq; humilemq; suis respexit ab astris.  
 Munere quo genteis felix ecce una per omneis  
 Iam dicar: nec uana fides: ingentia quando  
 Ipse mihi ingenti cumulauit munera dextra  
 Omnipotens, sanctumq; eius per secula nomen,  
 Et quæ per magnas clementia dedita terras  
 Exundat, qua passim omneis sua iussa uerenteis  
 Usq; fouens, nullo neglectos deserit æuo.  
 Tum fortè exertans humerû, dextramq; coruscam,  
 Insanos longe fastus, menteisq; seperbas  
 Dispulit afflixitq; super: solioq; potenteis  
 Deturbans dedit in præceps, & ad ima repressit:  
 Extollensq; humileis aliena in sede locauit:  
 Pauperiemq; famemq; fugans, impleuit egenos  
 Diuitiq; s: uacuos contra nudosq; reliquit,  
 Qui nullas opibus metas posuere parandis.  
 Postremo sobolè (neq; enim dare maius habebat)  
 Aeternam genitor sobolem, seclisq; priorem  
 Omnibus, æqualemq; sibi de sanguine fidi  
 Suscepit pueri (tantis quod honoribus unum  
 Deerat adhuc) non ille animi, morumq; suorum

Oblitus quippe id meditans promiserat olim  
Sacrificis proauorum ataus, stirpiq; nepotum.

Hæc uirgo, At senior, nullus cui uocis ademptæ  
Vfus erat, supplex nunc gressum obseruat euntis,  
Virgineosq; pedes, taclaq; dat oscula terræ:  
Nunc letus tollit duplicis ad sidera palmas:  
Quoq; potest solo testatur gaudia nutu:  
Ostenditq; manu uatum tot scripta priorum:  
Quæ quis agere deo, quondam, dum uita manebat,  
Edidit, & populus liquit celebranda futuris:  
Scilicet effusum tacitis de nubibus imbrem  
Lanigeram in tergus: germenq; è stirpe uetusta  
Arboris exurgens: incombustumq; senoro  
Igne rubum: & priscis stellam de patribus ortam.  
Quæ dum cuncta graui, uenturi haud inscia, uisu  
Percurrit relegens: alto cum corde uoluit  
Conceptus Virgo insolitos, & ab aethere lapsam  
Progeniem, pluuia in morem quæ uellere molli  
Excepta, haud ullos sonitus, nec murmura reddit.  
Seq; rubum, Virgamq;, alto se deniq; missam  
Sidus grande mari prorsum agnoscitq; uidetq;.   
Non tamen ausa loqui, tanto aut se dicere dignam  
Munere: sed tacito affectu tibi maxime diuinum  
Grates rector agit, mentemq; ad sidera tollit.

Et iam Luna cauum ter luce replenerat orbem,  
Ter solitas de more intrarat caeca latebras:  
Cum Virgo in patriam reditū parat, omnia quādo  
Certa nidet. subeunt dilectæ grata parentis  
Adloquia, adfectuq; p̄s sermonibus aedes:

Quæq;

Quaeq; salutantis uoces, ac uerba ministri  
 Audyt, & primos excepit cella uolatus:  
 Cella choris superiùm lustrata, & cognita caelo.  
 Ergo iter inceptum charis digressa propinquis  
 Adcelerat relegitq; uiam per nota lscorum.  
 Nec mora, nec requies usquam: nec lumina fleclit,  
 (Caelicolum quamuis sacro circumdata caetu)

Donec ad optatum peruenit sedula limen.  
 Atque ibi, dum consueti suo cum pectore uersat  
 Gaudia: paulatim maturi tempora uentris  
 Aduentare uidet, scires iam numen in illa  
 Grande tegi, nullos a deo sentire dolores  
 Dat superiùm genitor, nullaq; ex parte grauari.

Interea terra parta iam pace, mariq;  
 Augustus pater aratis bell: impia portis  
 Clauserat, & ualidis arcliarat uincta catenis:  
 Dumq; suas regnator opes, uircisq; potentis  
 Imperij, exhaustaq; armis ciuilibus urbeis  
 Nosse cupit, magnum censeri iusserat orbem,  
 Describi populos late numerumq; referri  
 Cunctorum ad sese capitum, qua maxima tellus  
 Sustinet, & rapido complectitur aequore Nereus.  
 Ergo omneis lex una mouet, sua nomina mittunt,  
 Qui monteis Aurara tuos, regna illa feracis  
 Armenia, qui conualleis, atque alta Niphata  
 Saxa tenent, longe pictis gens nota pharetris,  
 Gens sineis lustrare suos non segnis, & arcu,  
 Qua uagus Euphrates, qua deuis exit Araxes,  
 Felices tractus, & late munere diuim

Concessos defendere agros bene olentis amomi:  
 Censetur Tauri passim, censetur Amani  
 Incola: prädatorq; Cilix: & Isaurica quisquis  
 Rura domat: quicumque tuas Pamphylia sylvas:  
 Quiq; Lycæoniam felicia iugera: quiq;  
 Flauentem curuis Lyciam perrumpit aratris.  
 Iam clari bello Leleges, populiq; propinqui  
 Iussa obeunt: gens quæq; suo dat nomina ritu.  
 Qui Ceramon, bimareq; Gnidon, quiq; alta tuetur  
 Mænia, dispositis ubi circumseptæ columnis  
 Tollit se niuei moles operosa sepulcri,  
 Barbara quam raptò posuit regina marito:  
 Et quos Mæandri, toties ludente recurso,  
 Vnda rigat, rigat ipse suo mox amne Cayster,  
 Herbofo niueos dum margine pascit olores.  
 Quosq; metalliferis ueniens Paclolus ab antris  
 Circuit, & rutila non parcior Hermus arena.  
 Mysorum manus omnis: Apollineaq; Celena:  
 Idaq;, Rhætaeq; atres, celebrataq; Musis  
 Pergama, Sigæumq; iugum, Priameia quondam  
 Regna armis, ducibusq;, ducum nunc nota sepulcris:  
 Quæ nauta, angustum dum præterit Hellepontum,  
 Ostendens focys, hoc, inquit, litore stentes  
 Nereides steterant, passis cum mæsta capillis  
 Ipsa suum de more Thetis clamaret Achillem.  
 His & Bithynæ classes, & Pontica latè  
 Adcedit regio, paret scopulosa Caryambis:  
 Parendi studio feruet simul alta Sinope:  
 Feruet Halys: quiq; immësis procul amnibus aucltus  
Cappad

Capp  
 Ther  
 Præ  
 Pan  
 Qua  
 Axia  
 Qua  
 Et b  
 Com  
 Vos  
 Vic  
 Ant  
 For  
 Seu  
 Seu  
 Tu  
 Ad  
 Vr  
 Illy  
 Lit  
 Ne  
 Be  
 No  
 De  
 Vr  
 Ni  
 Pr  
 Et  
 D

Cappadocum medios populos discriminat Iris:  
 Thermoodonq; Halybesq; adtritaq; saxa Promes.  
 Prater ea qua se Thraci Mauortia tellus (theo.  
 Pandit, & argentē Rhodope procurrit in Aemum:  
 Qua Macedum per saxa ruit torrentibus undis  
 Axius, umbrosaq; tegunt Halyacmona ripae:  
 Quaq; iacet diris omen Pharsalia bellis,  
 Et his Romana ferales clade Philippi,  
 Conueniunt populi certatim, & iussa faceſunt.  
 Vos etiam uestros his adiunxistis alumnos  
 Vicina paſſim uacuis iam mœnibus urbes,  
 Antiquae Graiorum urbes, gens optima morum  
 Formatrix, clara ingenijs, & fortibus ausis:  
 Seu quæ littoreos tractus, monteisq; tenetis.  
 Seu quæ per medias diſperſæ exurgitis undas.  
 Tum latus Epiri quæ formidabile nautis  
 Adtollunt ſummo caput Acroceraunia cælo.  
 Urget opus iamq; Alcinoi dat regia cenſum,  
 Illyricæq; manus, impacatiq; Liburni,  
 Littoraq; Ionio paſſim pulſata profundo.  
 Nec tu cui latè imperium terræq; marisq;  
 Bellatrix peperit uirtus, & Martius ardor,  
 Non populos, non ipſa tuas terra inclyta genteis  
 Describis, terra una armis, & facta triumphis,  
 Vna uiris longe pollens, atq; amula cælo:  
 Nubiſeræ quam præruptis anfractibus Alpes  
 Præcingunt, mediamq; pater ſecat Apenninus,  
 Et geminum rapido fluctu circumtonat æquor.  
 Deſcripſere ſuos (quamuis non axe ſub uno)

Hinc Rhenus pater indigenas, hinc latior undis  
 Danubius: qui sylvarum per uasta uolutus:  
 Pascere non populos, non lambere desinit urbeis,  
 Donec ad optatam rapido uenit agmine Peucen.  
 Quin & proceras scrutatur Gallia syluas.  
 Gallia Casareis Latio dignata triumphis:  
 Quã Rhodan<sup>9</sup>, quã findit Arar, quã permeat ingēs  
 Sequana, piscosōq; interluit amne Garumna.  
 Tum quas piniferis genteis prærupta Pyrene  
 Rupibus, Herculeas prospèctat ad usq; columnas,  
 Cogit Anas: cogit ripa formosus utraque  
 Duria, & albenti Batis præcinctus oliua,  
 Auratamq; Tagus uoluens sub gurgite arenam,  
 Quiq; suo terras insignit nomine Iberus.  
 Parte alia uastitas circumuocat Africa uireis:  
 Getuli, Mauriq; duces rimantur opaci  
 Atlantis nemora, & dispersa mapalia syluis.  
 Scribitur & uacuis ut quisq; inuentus arenis  
 Seu pastor, seu subcinctus uenator in armis  
 Obseruans seuos latebrosa ad tesqua leones.  
 Masylum quicumque domos, quicumque repositos  
 Hesperidum lucos, munitaq; montibus arua  
 Incolit, & ramis natiuum decutit aurum:  
 Et qui uertenteis immania saxa iuuenos  
 Fleclit arans: quã deuicta Carthaginiis arces  
 Procubuere, iacentq; infaus̄to in littore turres  
 Euerse. Quantũ illa metus, quantum illa laborum  
 Vrbs dedit insultans Latio, & Laurētibus aruis!  
 Nunc passim uix relliquias, uix nomina seruans

Obruit

Obruit  
 Et qu  
 Mēbr  
 Iam  
 Barc  
 Nau  
 Litt  
 Infil  
 Inq;  
 Post  
 Qui  
 Lau  
 Qui  
 Ma  
 Aeg  
 Nil  
 Ib  
 Ea  
 Ill  
 Im  
 C  
 M  
 Q  
 A  
 I  
 C  
 R  
 P

Obruitur proprijs non agnoscenda ruinis,  
 Et querimur genus infelix humana labare  
 Mœbra tuo: cū regna palam moriantur, & urbes.  
 Iamq; Macas idem ardor habet, uenere uolentes  
 Barcæ: uenere suis Nasamones ab aruis:  
 Nauifragas qui per Syrteis, infidaq; circum  
 Littora, mœrentum spolijs onerantur, & altos  
 Infiliunt nudi cumulos extantis arena,  
 Inq; suas uertunt aliena pericula prædas,  
 Postremo Pfylli, Garamanticaq; arua tenentes:  
 Quiq; Cyrenæas suspendunt uomere glebas,  
 Laudatasq; legunt succis præstantibus herbas.  
 Quiq; Iouis palmeta, Hasbytarumq; recessus:  
 Marmaricas qui late oras: qui pascua seruant  
 Aegypti, Meroesq;: facer quos Nilus inundat,  
 Nilus ab æthereo ducens cunabula cælo.

Nec minus & casta senior cū Virgine custos  
 Ibat, ut in patria nomen de more, genusq;  
 Ederet, & iussum non segnis penderet aurum.  
 Ille domū antiquam, & regnata parentibus arua  
 Inuisens, secum proauos ex ordine reges,  
 Claraq; facta ducum, pulchrâq; ab origine gentem  
 Mente recensēbat tacita: numerumq; suorum,  
 Quamuis tunc pauper, quamuis incognitus ipsis  
 Agnatis, longe adueniens explere parabat  
 Iam fincis Galilæa tuos emensus, & imas  
 Carmeli ualleis, quæq; altus uertice opacat  
 Rura Thabor, sparsamq; iugis Samaritida terrâ  
 Palmiferis, Solymas a Leua liquerat arces.

Cum simul è tumulo muros, ac tecta domorum  
 Prospexit, patriaq; agnouit mœnia terræ:  
 Continuò lacrymis urbem ueneratur obortis:  
 Intenditq; manus, & ab imo pectore fatur:

Bethlemix turres, & non obscura meorum  
 Regna patrum, magniq; olim salucte penates:  
 Tuq; ò terra parens regum, uisuraq; regem,  
 Cui Sol, & gemini famulantur cardinis axes,  
 Salue iterum. te uana Iouis cunabula Crete  
 Horrescet, ponetq; suos temeraria fastus:  
 Mœnia te Dircea tremant: ipsamq; pudebit  
 Ortygiam geminos Latonæ extollere partus.  
 Parua loquor: prono ueniet diademate supplex  
 Illa potens rerum, terrarumq; incluta Roma:  
 Et septem geminos submittet ad oscula montis.  
 Dixit, & extrema mouit uestigia uoce:  
 Maturatq; uiam senior: tardumq; fatigat  
 Vectorem: & uisus gressum molitur ad oras.

Et iam prona dies fluctus urgebat Iberos,  
 Purpureas pelago nubeis, aurumq; relinquens.  
 Ecce autem magnis plenam conuentibus urbem  
 Protinus, ut uenerat, extremo è limine porte  
 Adspiciunt. Mistum confluxerat undiq; uulgus,  
 Turba ingens. credas longinquo ex æquore uectas  
 Ad merces properasse, aut deuastantibus arua  
 Hostibus, in tutum trepidos fugisse colonos.  
 Cernere erat perq; anfractus, perq; arcta uiarum  
 Cuncta replese uiros, confusoq; ordine matres:  
 Permissos pecori agricolas, hos iungere plaustra:

Hos

Hos  
 Porta  
 Acc  
 Qu  
 Perc  
 Nec  
 Qu  
 E  
 Ince  
 Nat  
 Pra  
 Hof  
 Ince  
 Asp  
 Def  
 Hu  
 Sic  
 De  
 Ac  
 Str  
 Me  
 Pe  
 Q  
 Su  
 M  
 E  
 C  
 In

Hos intendere uela: alios discumbere apertis  
 Porticibus: resonare compleri cuncta tumultu:  
 Accensos uarijs lucere in partibus igneis.  
 Quæ pater admirans, tacito dum singula uisu  
 Percurrit, circumq; domos, & limina lustrat,  
 Nec superesse locum tecto uidet: ibimus, inquit,  
 Quò deus, & quò sancta uocant oracula patrum.

Est specus haud ingēs paruis sub mœnibus urbis,  
 Incertum, manibusne hominum, genione potentis  
 Naturæ formatus, ut hæc spectacula terris  
 Præberet, tantosq; diu seruatus in usus,  
 Hospitio cælum acciperet, cui plurima dorso  
 Incumbit rupes pendentibus undique saxis  
 Aspera: & exese cingunt latera ardua cautes:  
 Defunctis operum domus haud ingrata colonis,  
 Huc heros tandem superata ambage uiarum  
 Sic monitus ducente deo, cum coniuge sancta  
 Deuenit, multaq; senex se nocte recepit.

Ac primum siccis ramalibus excitat ignem:  
 Stramineoq; toro comitem locat: agra cubantis  
 Membra super uestem inuoluens: mox adligat ipsos  
 Permulcens, iam non duros, iam sponte sequentes  
 Quadrupedes, ut fortè aderat fœnile saligna  
 Subfultum crate, & palmarum uimine textum.

Nūc age, Castalijs quæ nunq̄ audita sub antris,  
 Musarumue choris celebrata, aut cognita Phœbo,  
 Expediam: uos secretos per deuia calleis  
 Cælicola, uos (si merui) monstrate recessus  
 Intactos: uentum ad cunas, & gaudia cæli,

Mirand

Mirandosq; ortus, & tecla sonantia sacro  
 Vagitu. stat ferre pedem, qua nulla priorum  
 Obuia sint oculis uatum uestigia nostris.

Tempus erat, quo nox tardis inuecla quadriga  
 Nondum stelliferi mediam peruenit olympi  
 Ad metam, & tacito scintillant sidera motu:  
 Cum syluaeq; urbesq; silent: cum seffa labore  
 Accipiunt placidos mortalia pectora somnos:  
 Non fera, non uolucris, non picto corpore serpens  
 Dat sonitum. iamq; in cineres confederat ignis  
 Vltimus: & sera perfusus membra quiete  
 Scruposo senior caput adclinauerat antro.  
 Ecce autem nitor ex alto nouus emicat, omnemq;  
 Exuperat ueniens atra calignis umbram:  
 Auditq; chori superum, & caelestia curuas  
 Agmina pulsantum citharas, ac uoce canentum.  
 Agnouit sonitum, partuq; inflare propinquos  
 Haud dubijs Virgo sensit letissima signis.  
 Protinus erigitur stratis, caeloq; nitent eis  
 Adtollit uenerans oculos, ac talia fatur:

Omnipotens genitor, magno qui sidera nutu  
 Aëriosq; regis tractus, terrasq; fretumq;  
 Ecquid adest tempus, quo se sine labe serenam  
 Efferat in lucem soboles tua? quo mihi tellus  
 Rideat, & teneris depingat floribus arua?  
 En tibi maturos fructus, en reddimus ingens  
 Depositum: tu nequa pio iacltura pudori  
 Obrepat, summo defende, & consule caelo.  
 Ergo ego te gremio reptantem, & nota petentem

Vbera

Vber  
 Amp  
 Adr  
 Bra  
 St  
 Agm  
 Arq  
 Hor  
 Dm  
 In n  
 Spe  
 Mir  
 Deg  
 Iam  
 Sta  
 Ni  
 Qu  
 Sp  
 Sta  
 Pr  
 Di  
 Ser  
 (O  
 Sic  
 Di  
 E  
 Pe  
 Et  
 Te

Vbera chare puer, molli studiosa fauebo  
 Amplexu: tu blanda tue dabis oscula matri  
 Adridens: colloq; manum, & puerilia necles  
 Brachia: & optatam capies per membra quietem.  
 Sic memorat, fruiturq; deo, comitumq; micanti  
 Agmine, diuinisq; animum concentibus explet.  
 Atque olli interea reuoluto sidere felix  
 Hora propinquabat. Quis me rapit? accipe uatem  
 Diua tuum, rege diua tuum, feror arduus altas  
 In nubem: uideo totum descendere cælum  
 Spectandi excitum studio. Da pandere factum  
 Mirum, indictum, insuetum, ingens: absistite cura  
 Degeneres, dum sacra cano. Iam leta laborum  
 Iam non tacta metu, secl'i regina futuri  
 Stabat adhuc, nihil ipsa suo cum corde caducum,  
 Nil mortale putans, illam natusq; paterq;  
 Quiq; prius, quam Sol cælo, quam Luna niteret,  
 Spiritus obscurasibat super igneus undas,  
 Stant circum, & magnis permulcēt pectora curis.  
 Præterea redeunt animo quæcunq; uerendus  
 Dixerat interpret: acti sine pondere menses,  
 Seruatusq; pudor: clausa cum protinus aluo  
 (O noctem superis letam, & mortalibus agris)  
 Sicut erat folijs, stipulaq; innixa rigenti,  
 Diuinum spectante polo. spectantibus aëtris  
 Edit onus. Qualis rorem cum uere tepenti  
 Per tacitum matutinus desudat Eous:  
 Et passim teretes lucent per gramina gutta:  
 Terra madet: madet aspersa sub ueste uiator

Horrid

Horridus, & pluuiæ uim non sensisse cadentis.  
 Admirans, gelidas udo pede proterit herbas.  
 Mira fides, puer æthereas iam lucis in auras  
 Prodicat, scenoq; latus male fultus agrestis,  
 Impulerat primis resonum uagitibus antrum.  
 Alma parens nullos intra præcordia motus,  
 Aut incurfanteis deuexi ponderis ictus  
 Senserat: hærebant immotis uiscera claustris.  
 Haud aliter, quam cum purum specularia Solem  
 Admittunt: lux ipsa quidem pertransit, & omnes  
 Irrumpens laxat tenebras, & discutit umbras:  
 Illa manent illæsa: haud ulli peruia uento,  
 Non hyemi, radys sed tantum obnoxia Phœbi.  
 Tunc puerum tepido genitrix inuoluit amictu,  
 Exceptumq; sinu, blandeq; ad pectora pressum  
 Detulit in præsepe. Hic illum mitia anhelo  
 Ore fouent iumenta. O rerum occulta potestas!  
 Protinus agnoscens dominum procumbit humi bos  
 Cernuus: & mora nulla, simul procumbit asellus  
 Submittens caput, & trepidanti poplite adorat.  
 Fortunati ambo: non uos aut fabula Cretæ  
 Polluet, antiqui referens mendacia furti,  
 Sidoniam mare per medium uexisse puellam.  
 Aut sua dū madidus celebrat portentæ Cytheron,  
 Infameis inter thyrsos, uinosaq; sacra  
 Arguet obsequio senis insudasse profant.  
 Solis quippe Deum uobis, & pignora cæli  
 Nosse datum, solis cunabula tanta tueri.  
 Ergo dum refluo stabit circumdata fluctu

Terra

Terr  
 Volu  
 Rite  
 Sen  
 Qu  
 O ge  
 Ac c  
 Adff  
 Et f  
 Mag  
 Len  
 Exc  
 Ut q  
 Non  
 Cur  
 Aut  
 V  
 Exc  
 Ex  
 Ma  
 Ful  
 Sub  
 Ali  
 Pui  
 Qu  
 Illa  
 Ful  
 Cæ  
 Per

Terra parens, dum præcipiti uertigine cælum  
 Voluetur, Romana pius dum templa Sacerdos  
 Rite colet: uestri semper referentur honores,  
 Semper uestra fides nostris celebrabitur aris.

Quis tibi tunc animus, quæ sancto in corde uoluptas  
 O genitrix, cum muta tuis famulantia cunis,  
 Ac circum de more sacros referentia ritus  
 Adspiceres domino genua inclinare potenti,  
 Et sua commotum trahere ad spectacula cælum?  
 Magne pater, quæ tanta uicis prudentia sensus  
 Lenit? infirmi tantos quis pectore motus  
 Excituit calor, & pecudum in præcordia uenit?  
 Ut quem non reges, non acceperè tot urbes,  
 Non populi, quibus una aris, & sacra tueri  
 Cura fuit: iam bos torpens, iam segnis asellus  
 Autorem late, possessoremque salutent?

Vocibus interea sensim puerilibus heros  
 Excitus, somnum expulerat, noctemque fugarat  
 Ex oculis, iamque infantem uidet, & uidet ipsam  
 Maiorem adspectu, maiori & lumine matrem  
 Fulgentem, nec quoquam oculos, aut ora mouentem,  
 Sublimemque solo, superum cingente caterua  
 Aligeræ. Qualis nostrum cum tendit in orbem,  
 Purpureis rutilat pennis nitidissima Phœnix:  
 Quam uariè circum uolucres comitantur euntem.  
 Illa uolans, Solem natiuo prouocat auro  
 Fulua caput, caudam & roseis interlita punctis  
 Cæruleam stupet ipsa cohors: plausuque sonoro  
 Per sudum strepit innumeris exercitus alis.

Miratur lucem insolitam: miratur ouanteis  
 Cœlicolum cantus senior, tum uictus, & amens,  
 Adtonitusq; animi, tantisq; ardoribus impar  
 Corruit, & geminas uultum demisit in ulnas:  
 Adfususq; diu telluri, immobilis hæsit.

Hic illum superi iuxta uidere iacentem:

Vidit Dia parens, nec longum passa senileis  
 Obduci tenebris oculos dat surgere, & agrum  
 Sustentare genu, tremulisq; insistere plantis,  
 Diuinosq; pati uultus, superiq; nitorem  
 Ignis, & athereas uibrantia lumina flammæ.  
 Ille ubi paulatim uireis, animumq; resumpsit,  
 Nodoso incumbens baculo, modulantiâ primum  
 Agmina, reginamq; deùm de more salutat.  
 Mox ipsum adcedens præsepe, uluaq; palustris  
 Impositum spectans dominum terræq; marisq;  
 (O timor, ô mentis pietas) puerilia membra  
 Non ausus tractare manu, cunctatur ibi auram,  
 Insperatam auram diuino esflantis ab ore  
 Ore trahens, subito correptus numinis haustu,  
 Adflatusq; deo, sic tandem uoce quæta  
 Incipit, & lacrymis oculos subfundit abortis:

Sanc̃te puer, non te Pharijs operosa columnis  
 Atria, non uariata Phrygum uelamina textu  
 Excedere (iaces nullo spectabilis auro)  
 Angustum sed uix stabulum, male commoda sedes,  
 Et fragiles calami, lectæq; paludibus herba  
 Fortuitum dant ecce torum laqueata tyrannos  
 Tecta, & regifico capiant aulae paratu.

Te pater aeterno superum ditavit honore  
 Illustrans: tibi siderei domus aurea caeli  
 Plaudit, inextinctosq; parat natura triumphos.  
 Et tamen hanc sedem reges, haec undiq; magni  
 Antra petent populi: longe quos caerulea Calpe  
 Littore ab occiduo, nigrusq; impellet ab Indis  
 Sol oriens, quos & Boreas, & feruidus Auſter  
 Diuerso inter se certantes cardine mittent.  
 Tu pastor, tu dispersas reuocare per agros  
 Missus oueis late, pectusq; obferre periculis,  
 Prodigus ah nimium uite, per tela, per hosteis  
 Obscuram uenit irrumpeus, rabida ora luporum  
 Compesces, saturumq; gregem sub tecta reduces.  
 O mihi certa fides superum, decus addite terris,  
 Nate deo, deus ipse, aeterno e lumine lumen:  
 Te te ego, te circum genitrix, letiq; ministri  
 Concinnimus, primiq; tuos celebramus honores,  
 Longaq; perpetuis indicimus Orgia sacris.

## LIBER TER-

## TIVS.



Vratu iterea culme bipatetis olympi  
 Conscendit genitor, rerum inuolatas  
 ta potestas,  
 Lata fouens tacito sub pectore: mox  
 iubet omneis  
 Ad sese acciri superos, quiq; atria longe  
 Observant, quiq; arcanis penetralibus adstant,  
 Præterea quos Eos Aurora per ortus,

Et quos occidua propior uidet Hesperus ora.  
 Nanq; ferunt olim leges cum conderet aquas  
 Rex superum, & ualido mundum suspenderet axe,  
 Diuersas statuisse domos, diuersaq; diuis  
 Hospitia, & dignos meritis tribuisse penateis  
 Ordine cuique suos. Illi data tecla frequentant:  
 Armaq; & aratis adsingunt nomina ualuis.  
 Haud mora fit: celerant iussi: uolat a there toto  
 Cœlicolũm glomerata manus, pars igne corusco  
 Tota rubens, pars stelliferis innexa coronis.  
 Ipse sedens, humeris chlamydem fulgentibus aptat  
 Ingentem, & cœlum pariter, terrasq; tegentem.  
 Quam quondã (ut perhibet) uigilãs nocte isq;, diesq;  
 Ipsa suo neuit rerum natura Tonanti:  
 Adiecitq; sacra decus admirabile tela,  
 Per medium, perq; extremas subtegminis oras  
 Immortale aurũ intexens, grandeuq; smaragdos.  
 Illic nam uaria mundum distinxerat arte  
 Gnara operum mater, certisq; elementa figuris,  
 Et rerum species, animasq;, & quicquid ab alta  
 Fundit mente pater. Generis primordia nostri,  
 Cernere erat limum informem iam prapete pennã  
 Deferri uolucris liquidum per inane uideres:  
 Iam syluis errare feras, pontumq; natari  
 Piscibus, & uero credas spumescere fluctu.  
 Hic postquam aligeros gemmata sedilia cœtus  
 Accepere, pater solio sic insit ab alto:

Aetherei proceres (neq; enim ignoratis et ausus  
 Infandos, durumq; acies super astra frementeis)

Si mecum iuuat antiquos ab origine motus  
 Inspicere, & ueterum pariter meminisse laborum:  
 Quãdoquidem hæc uobis peperit uictoria laudem:  
 Huc animos, huc pacatas aduertite mentes.  
 Vos, cum omne arderet cælum seruilibus armis,  
 Arcionumq; furor pertenderet impius axem  
 Scãdere, & in gelidos regnum transferre Triones:  
 Fida manus mecum mansistis: & ultima tandem  
 Experti, cælo uictoria signa tulistis:  
 Aeternumq; alta fixistis in arce trophæum.  
 Quos ego pro meritis insigni munere palma  
 Donauit: regnq; in partem, operumq; recepi:  
 Præcipuosq; habui, lectosq; adiuua ministros:  
 Vsq; adeo fixa antiqui stat gratia facti.  
 Nec minus & nostras audistis saepe querelas,  
 Vidistisq; graueis flammæ pectoris æstus,  
 Tunc cum prima nouas egit dementia gentis  
 Arboris auricomæ cælestia carpere poma:  
 Poma graui seros gustu læsura nepotes.  
 Munere quin superum indignas spoliastis, et umbra  
 Sacrorum late nemorum: adsiduoq; labore  
 Multastis miseræ, uita & breuioribus annis.  
 Quid repetam ueteri sumptas de crimine pœnas?  
 Exiliumq; informe Erebi, tenebrasq; repostas?  
 Quæ tacito mecum spectastis lumine: & ijdem  
 Terrarum sortem mæsti indoluistis acerbam.  
 Aut etiam ut nostri longo post tempore tandem  
 Pectoris indomitas clementia uicerit iras:  
 Vsq; arcana leueis sensim demissa per auras

Fœcundam intacta complevit Virginis aluum?  
 An temere hoc, nullaq; actum ratione putatis?  
 Quippe ita mansuras decuit me ponere leges:  
 Quò terræq;, polusq; homines, diuinq; uicissim  
 Fœderibus starent certis, & pignore tanto  
 Seruarent memorem cognata stirpis amorem.  
 Quare agite, & iam nunc humana capeſſite fata;  
 Ac primum diuis parui sub cautibus antri  
 Gramineos lustrate toros: lustrate beatam  
 Pauperibus sedem calamis: cunctiq; recenteis  
 Submissi cunas adcedite, dum pia mater  
 Complexu in molli natum fouet, ubera pernox  
 Indulgens teneris pueri rovantia labris:  
 Nec procul in stipula demisso pectore mutum  
 Procumbit pecus: & domini uestigia lambens  
 Peruigilat, longos fundit dum tibia cantus.  
 Hic fœdus ortus pueri, noctemq; uerendam  
 Discursu per inane leui, passimq; canovis  
 Laudibus excipite, & plausu celebrate fauentes  
 Omnia felicem uentura in secula pacem,  
 Certatimq; renascentis cunabula mundi,  
 Victum anguem, uictumq; anguis furiale uenenum.  
 Sic placitum, sic auersos coniungere terris  
 Cœlicolas: sic ferre homines ad sidera certum est.

Hæc ubi dicta: nouum superis inspirat amorem,  
 Quo subito ueteres deponant pectoris iras,  
 Obliti scelerum patrumq; exempla secuti,  
 Terrarum flagrent studio, & mortalia curent.  
 Nec mora: Latitiam choreis tum fortè uacantem

Aduocat

Aduo  
 Tem  
 Lati  
 Dis  
 Cura  
 Exu  
 Ut st  
 Mob  
 Len  
 Iucu  
 Ga  
 Rec  
 Vae  
 Obj  
 Gra  
 Cur  
 Dic  
 A  
 Da  
 Sub  
 Inf  
 Lin  
 Pr  
 Cu  
 Pr  
 Ob  
 Sic  
 Ex  
 Pl

Aduocat (hæc magni motuq; animosq; Tonantis  
 Temperat, & uultum discussa nube serenat)  
 Latitiam, quæ cælicolum per limina semper  
 Discursat, raroq; imas petit hospita terras:  
 Curarumq; expers, lacrymasq; exosa uirago,  
 Exultat, totoq; abigit suspiria cælo.  
 Ut stetit ante patrem, terrasq; adcedere iussa est:  
 Mobilibus pictas humeris adcommodat alas,  
 Lenimenq; uicæ comites uocat. Alicet adsunt  
 Iucunda uisû facies Cantusq;, Choriq;,  
 Gaudiaq;, Plaususq;, & honestis ignibus ardens  
 Reclus Amor: quæ nuda Fides, Spesq; inscisa lætus  
 Vadentem, mira unanimes pietate sorores  
 Obseruant. Sequitur mox inculcata Voluptas,  
 Gratiaq;, & niueum suadens Concordia pacem.  
 Cumq; propinquasset portæ, quæ maxima cælo  
 Dicitur, æternumq; micat radiata coruscis  
 Astrorum signis: quando mortalibus ægris  
 Dant nimbos aliæ, & damnant caligine terras:  
 Subcinclæ occurrunt Horæ properantibus alis:  
 Insomnes Horæ: nanq; his fulgentia diuinum  
 Limina, & ingentis custodia credita cæli.  
 Protinus æratos impulso cardine posteis  
 Cum sonitu, magnoq; polos quassante fragore  
 Præpandunt obnixæ humeris. Volat illa per auras  
 Obscura sub nocte nitens, gratantur eunti  
 Sidera. iam festas meditatatur Lunæ choreas:  
 Exultant Hyades: gaudet mutata Bootes  
 Plaustra auro, totosq; auro fulgere iuuenços.

Tunc primum uisa est, miseri post fata parentis,  
 Risisse Erigone, & longum posuisse dolorem:  
 Armatoq; ensis subducitur Orioni.  
 Ut uerò umbrosis posuit uestigia syluis,  
 Culmina conscendit pastorum: atq; omnia latè  
 Perlustrans tacitis oculis loca, concutit alas  
 Adplaudens pictosq; sinus sub nocte coruscans,  
 Subrisit letum, puraq; in luce resulsit.  
 Primi illam sensere canes: sensere iacentes  
 Haedorum passim per dura cubilia matres:  
 Balatuq; ouium ualles sonuere propinqua,  
 Saxaq; & adtoniti caput erexere magistri.  
 Tunc ait: O parui uigiles gregis, o bona pubes  
 Sylvarum superis gratum genus, ite beati  
 Pastores, ite antra nouis intendite fertis:  
 Reginam ad cunas, positumq; in stramine regem  
 (Certa fides) alti iam iam moderator olympi  
 Cernere dat, properate: nouiq; tepentia lactis  
 Munera, cumq; suo date condita subere mella:  
 Insuetum & syluis stipula deducite carmen.  
 Nec plura effata, in nubis taciturna recessit:  
 Et penitus nigra noctis se condidit umbra.  
 Olli inter sese uario sermone uolutant,  
 Quid superù mandata uelint, quas quarere cunas,  
 Quos iubeant reges, qua cingere frondibus antra.  
 Continuo uarijs innectunt tempora ramis:  
 Neclitur & lentiscus, opacq; arbutus umbrae,  
 Rosq; maru, buxusq; & densa comas terebinthus:  
 Cunctaq; frondenti redimitur turba corona.

Mox

Mox s  
 Flam  
 Arua  
 Tan  
 Spelu  
 Aurib  
 Long  
 Insom  
 Ergo  
 Ocyu  
 Aunly  
 Adto  
 Cum  
 Vest  
 Fron  
 Adfy  
 Et la  
 Quo  
 Con  
 D  
 Tan  
 Mu  
 Tex  
 Has  
 Sic  
 Ill  
 O g  
 Spa  
 Siu

Mox syluam exquirunt omnem: saltusq; repostos  
 Flammiferis lustrant tedis. Ardere putares  
 Arua procul, totumq; incendi lumine montem.  
 Tandem inter dumos fessis, sub rupe cauata  
 Spelancam adspiciunt: uocemq; rudentis a fellis  
 Auribus accipere. Vident ipsumq; bouemq;  
 Longeuumq; senem, stantemq; ad lumina matrem  
 Insomnem, & pressis resouentem pignus in ulnis.  
 Ergo insperata gauisi munere sortis,  
 Ocyus ingentem procero stipite laurum,  
 Auulsamq; solo palmam ab radicibus imis  
 Ad tollunt humeris: perq; interualla canentes  
 Cum plausu, choreisq; & multisono modulatu  
 Vestibuli ante aditum statuunt: omnemq; coronant  
 Fronde locum: grandis oleas, cedrosq; comantes  
 Adfigunt. longisq; aduelant limina fertis:  
 Et late Idaliam spargunt cum baccare myrtum,  
 Quos bonus ex antro dictis adgressus amicus  
 Compellat senior: placidaq; hac uoce profatur:  
 Dicite pastores (neq; enim sine numine, credo,  
 Tam certum tenuis iter) cui tanta paratis  
 Munera? cui uiridis ramis frondentibus umbras  
 Textitis? an'ne aliquis superum patre missus ab alto  
 Has docuit sedes, locaq; hac adcedere iussit?  
 Sic memorans, sese letum uenientibus offert.  
 Illi autem: Noua per tenebras, noua lucis imago  
 O genitor, media uisa est modo lumina sylua  
 Spargere, & in nostras diffundere gaudia mentis:  
 Sive deus caelo ueniens, seu forte deorum

Nuntius, in dubio est: nos uultū, habitūq; loquentis  
 Vidimus: & motas per noctem audiuimus alas.  
 Sic facti, iungunt dextras: mox ordine longo  
 Antrum introgressi, calathis syluestria plenis  
 Dona ferunt: matrem & lato simul ore salutant.  
 Tum puero adstantes Lycidas, & maximus Aegō,  
 Aegon, Getulis centum cui pascua campis,  
 Centeni per rura greges Massyla uagantur:  
 Ipse caput late, quā Bagnado, quā uagus errat  
 Triton, Ciryphia quā deuoluuntur arena,  
 Ingens agricolis, ingens pastoribus Aegon.  
 At Lycidas uix urbe sua, uix colle propinquo  
 Cognitus, equoreas carmen deflexit ad undas:  
 Et tamen hi non uoce pares, non uiribus aequis,  
 Inter adorantum choreas, plaususq; deorum  
 Rustica septena modulantur carmina canna.

Hoc erat alme puer, patrij: quod noster in antru  
 Tityrus aditru spreuit rude carmen auena,  
 Et cecinit dignis Romano Consule syluas.

Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas:  
 Magna per exactos renouantur secula cursus.  
 Scilicet hæc Virgo est, hæc sunt Saturnia regna:  
 Hæc noua progenies cælo descendit ab alto,  
 Progenies, per quam toto gens aurea mundo  
 Surget, & in medijs palmis florebit aristis.

Qua duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,  
 Irrita perpetua soluent formidine terras:

Et uetitum magni pandetur limen olympi:  
 Occidet & serpens, miseros quæ prima parentis

Elusit,

Elusit,  
 Tu  
 Permi  
 Pacat  
 Ad  
 Camp  
 Ad  
 Ips  
 Vber  
 Ag  
 Bisq;  
 In  
 Cont  
 Ip  
 Et d  
 Mella  
 A  
 Et t  
 Alter  
 Dele  
 A  
 I  
 Cha  
 T  
 Ref  
 Into  
 Ipsa  
 F  
 Cæl

Elusit, portentificis imbuta uenenis.

Tunc deum uitam accipies? diuisq; uidebis  
Permissos heroes, & ipse uideberis illis?

Pacatumq; reges patris uirtutibus orbem?

Adspice felici diffusum lumine caelum,  
Camposq; fluuiosq; ipsasq; in montibus herbas.

Adspice uenturo latentur ut omnia seculo.  
Ipse lacte domum referent distenta capellæ  
Vbera: nec magnos metuent armenta leones:

Agnaq; per gladios ibit securâ nocentis:  
Bisq; super fusos seruabit tincta rubores.

Interea tibi parue puer munuscula prima  
Contingent, ederaq; intermistiq; corymbi.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:  
Et dura quercus sudabunt roscida mella:  
Mella dabunt quercus: omnis feret omnia tellus.

At postquam firmata uirum te fecerit ætas,  
Et tua iam totum notescent facta per orbem:  
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Argo  
Delectos Heroes: erunt etiam altera bella:

Atq; ingens Stygias ibi prædator ad undas.  
Incipe parue puer risu cognoscere matrem,  
Chara dei soboles, magnum cæli incrementum,

Talia dum referunt pastores: auia longe  
Responsant nemora: & uoces ad sidera iactant  
Intonsi montes: ipsæ per confraga rupes,  
Ipsa sonant arbuscula: Deus deus ille Menalca.

Hic subito magnum, uisi per inane uolatus  
Cælestium, cursusq; alacres, alacresq; recursus:

Audit

Auditaq; procul uoces, sonitusq; rotarum.  
 Scilicet innocuis per sudum exercitus armis  
 Ibat ouans, diuise acies, terna agmina ternis  
 Instrucla ordinibus belli simulacra ciebant.  
 Ter clypeis iam credenteis inuadere nubes  
 Adspiceres: uacuas ter mittere tela per auras:  
 Ter clamare ducem: mox dissipta cogere signa,  
 Atq; unam leta faciem praeferre phalangis:  
 Rursus & aërios percurrere milite campos:  
 Semotosq; alios constanti incedere passu  
 Nubila per, latasq; uias: & iungere nexu  
 Brachia, perpetuis quatientes motibus alas,  
 Gestantesq; manu nostra argumenta salutis,  
 Spinasq; clauosq;, horrenti & uimine fasceis,  
 Hasuramq; hastam lateri, medicataq; felle  
 Pocula, sublimemq; crucem, immanemq; colūnam.  
 Ibant, & dulci mulcebant aethera cantu.  
 Innumeras alij laudes, & magna parentis  
 Facta canunt: ut prima noui fundauerit orbis  
 Mœnia, telluremq; uagis discluserit undis:  
 Ut passim uarios cœlo suspenderit igneis,  
 Lunamq; stellasq;: ut magni lumina Solis,  
 Iam late extremo tenebris Oriente fugatis,  
 Protulerit. Tu belligeras metuende cohorteis  
 Dejicis, exturbasq; polo: tu fulmine quasbas  
 Cum duce signa suo, nigroq; inuoluis Auerno,  
 Cocytumq; iubes, tristenq; habitare lacunas.  
 Te gemini cecinere axes, te maxima tellus  
 Victorem cecinit uastis cum fluctibus æquor.

Nec te h  
 Crimin  
 Dignat  
 Salue m  
 Terrar  
 Quē m  
 Cui lat  
 Qui reg  
 Mille po  
 Salue a  
 Et nob  
 Ingemi  
 Discur  
 Her  
 Ventu  
 Cærule  
 Iordan  
 Agmin  
 Dotoq;  
 Nude  
 Callir  
 Aspha  
 Ipsaq;  
 Anthi  
 Doctio  
 Mox E  
 Congi  
 Et Dr  
 Ore o

Nec te hominum fraudes, non auertere nefanda  
 Crimina: sed leto spectas mortalia vultu:  
 Dignatasq; tuo solaris numine terras.  
 Salue magne opifex cœli, rex maxime diuûm,  
 Terrarumq; hominumq; salus: quæ sidera, quem sol,  
 Quæ metuit reges tenebrarû, & Tartarus ingens:  
 Cui latè humanum seruit germen: omnia solus  
 Qui regis: omnia amas pariter. tibi nomina mille,  
 Mille potestatum, regnorum insignia mille.  
 Salue autor: salue immeusi dominator olympi:  
 Et nobis felix, terrisq; labantibus adsis.  
 Ingeminant plausum nubes: lateq; per auras  
 Discursat uox: & cœli conuexa resultant.

Herbofo tum fortè toro, undisonisq; sub antris  
 Venturas tacito uoluebat pectore sortes  
 Ceruleus rex, humentum generator aquarum  
 Iordanes. quem iuxta hilari famulantia vultu  
 Agmina densentur natæ pulcherrima Glauce,  
 Dotoq; Protoq;, Galenaq;, Lamprothoëq;,  
 Nude humero, nudis discincta ueste papillis:  
 Callirhoë, Byroq;, Pherusaq;, Dinameneq;,  
 Asphaltisq;: adsueta leueis fluitare per undas:  
 Ipsaq;: adoratis perfusa liquoribus Anthis,  
 Anthis, qua non ulla nouos miscere colores  
 Doctior, aut piælis caput exornare coronis.  
 Mox Hyale, atq; Thoë, et vultu nitidissima Crene,  
 Congiæq;, Rhoëq;, & candida Limnoria,  
 Et Dryope, & uirideis Botane resoluta capillos:  
 Ore omnes formosa, albis in uestibus omnes,

Omnes

Nec

Omnes puniceis cuiusla crura cothurnis,  
 Ipse antro medius, pronâq; adeliuis in urna  
 Fundit aquas. nitet urna nouis uariata figuris  
 Crystallo ex alba, & puro perlucida nitro,  
 Egrègium decus, & superum mirabile donum.  
 Umbrosis hic sylua comis, densisq; urebat  
 Arboribus. cerui passim, capreaq; fugaces  
 Aestiuum uiridis captabant frigus in umbra.  
 In medio, auratis effulgens fluctibus amnis  
 Errabat campo, & cursu leta arua secabat.  
 Hic iuuenis fuluis uelatus corpora setis  
 Stans celsò in scopulo, regem, dominumq; deorum  
 Vorticibus rapidis, medioq; in fonte lauabat.  
 At uiridi in ripa lecti de more ministri  
 Subcincti expectant pronisq; in summa palmis  
 Protendunt niue, as caelestia lintea uelans.  
 Ipse pater caelo latè manifesta sereno  
 Signa dabat, natoq; leuem per inane columbam  
 Insignem radijs mittebat, & igne corusco.  
 Adtonitè circum uenerantur numina nymphæ:  
 Et fluminis refugas ad fontem conuocat undas.  
 Talia celata genitor dum spectat in urna  
 Fatorum ignarus, oculosq; ad singula uoluit  
 Admirans: uidet insolitos erumpere fontes,  
 Ingentemq; undare domum cauaq; antra repleti  
 Fluctibus, atq; nouum latices sumpsisse saporem.  
 Dumq; heret, pauatq; simul, dum subleuat un dū  
 Muscosum caput, & taurino cornua uultu:  
 Adfficit insuetas latè florescere ripas,

Clarâq;

Clara  
 Pasto  
 Diu  
 Adu  
 Ad co  
 O  
 Quis  
 Decu  
 Ipse n  
 Sape  
 Ceru  
 Non  
 Adu  
 Adu  
 Sign  
 Qui  
 Supr  
 Adto  
 Pra  
 Cui  
 Corp  
 Cef  
 Dir  
 Vlce  
 Q  
 Diff  
 C  
 Ira  
 Corp

Claraq; per densas discurrere lumina sylvas  
 Pastorum ludo: & letos ad sidera cantus,  
 Diuin. asq; audit uoces, & numina passim  
 Aduenisse deum testantia. protinus ambas  
 Ad cælum palmas hilaris cum uoce tetendit:

O maris, ô terra, diuùmq; hominumq; repertor.  
 Quis tua uel magno decreta incognita cælo  
 Detulit huc audax, medijsq; abscondit in undis?  
 Ipse mihi hæc quondam (memini) dum talia mecum  
 Sæpe agit, repetitq; uolens, narrare solebat  
 Caruleus Proteus: mendax si cætera Proteus.  
 Non tamen hoc uanas effudit carmine uoces.  
 Adueniet tibi Iordanes properantibus annis,  
 Adueniet, mihi crede, inquit: certissima cælum  
 Signa dedit: nec me delusum oracula fallunt:  
 Qui te olim Nili supra septemplex ortus,  
 Supra Indum, & Gangæ, fontemq; binominis Istris  
 Adtollet fama: qui te Tyberiq; Padôq;  
 Præferet, atq; tuos astris æquabit honores.  
 Cuius in aduentu tristes discedere morbi  
 Corporibus passim incipient. iam uicta repente  
 Cessabit, turpis squamas maculasq; remittet  
 Diræ læs: lacerosq; elephas effusus in artus,  
 Ulcera sanguineo sistet manantia taho.

Quin & letales (dictu mirabile) febres  
 Diffugient iussa, possessaq; membra relinquent:  
 Cedet & infestæ uiolentior ira Dianæ:  
 Ira nocens: quæ fulminea uelut icla ruina,  
 Corpora cum gemitu ad terram prosternit, & igni  
 Inter

Interdum, nunc perdere aqua (miserabile uisu)

Festinat. Stygio nimirum armata ueneno

Exuperat uis, & spumas agit ore tumentis.

Nec iam ultra longo uireis minuente ueterno,

Tabificus per operta impune uagabitur hydrops

Exitio obrepens miserorum, atq; omnia latè

Viscera per uarios perdet tumefacta dolores.

Non aliàs uincla tam crebra silentia lingua

Abrumpent, noctem aut toties, tenebrasq; priores

Excutient oculi, qui nunquam sidera, nunquam

Ardentem magni uiderunt lampada Solis.

Multa quidem maiora fide, sed uera, sed ipsos

Qua teneant spectatum oculos, possum ore referre:

Sed propero: uentura tamen mirabitur etas.

Cernere erit, claudos passim genua agra trahem

Firmato subitot extendere poplite gressus. (teis

Tum neruis labefacta, diuq; trementia membra

(Quis credat, nisi certa meus mihi cantet Apollo?)

Restringi & ualidas cum robore sumere uireis:

Atq; alius raptot iussus consurgere lecto,

Haud mora, prosiliet: passuq; in templa citato

Contendens, onus ipse humeris portabit. Ibi ingens

Clamor, & innumera circum donaria uoces

Spectantis populi, & rerum nouitate pauentis.

Parte alia extinctam penitus, sensuq; carentem

Ad sua iam cernes reuocari munera dextram.

Nec minus & tacta compeSCI ueste cruorem

Fæmineum: exanguisq; artus, pallentiaq; ora

Ilicet obstructis calefacta rubescere uenis.

Ipsas quin etiam furias sub Tartara pelli,  
 Immaneis Erebi furias: tum seſſa leuari  
 Pectora, uexatosq; malis cruciatibus artus:  
 Hinc uacuas late impleri ſtridoribus auras  
 Dirarum fruſtra clamantium, ac ſæua trementum  
 Verbera, perq; cauas conantum euadere nubem.

Iam deploratis uitam poſt funera reddi  
 Corporibus uideo iam mœſtam incedere pompam:  
 Feralemq; anteire tubam: mox gaudia matrum  
 Inſperata, patrumq; hilares uerſo ordine fletus,  
 Et circumfuſam populis letantibus urbem.  
 Huic tu nutanteis quoties adſurgere monteis  
 Et (mirum) inſuetas curuare cacumina ſyluas  
 Adſpicias? Quoties humenti in gramine ripæ  
 Aut ſolantem æſtus, aut lenis pectore ſomnos  
 Carpentem, tenui adſueſces mulcere ſuſſuro?  
 Macle tuis merito ripis, macle omnibus undis.  
 Ad te depoſito properabunt numina faſtu:  
 Nudabuntq; ſacros artus, & carmina dicent  
 Ad numerum: cùm tu felix iam flumine ſancto  
 Autorem rerum, diuùmq; hominumq; parentem  
 (Tantus honos, laus tanta tuo Rex maxime fonti)  
 Exutum ueſte accipies: atq; hospite tanto  
 Adtonitus trepidus hortabere uoce Napæas:  
 Ite citè, date thura piæ adolenda per aras  
 Cæruleæ comites: uiridq; ſedilia muſco  
 Inſtruite: & uitreis ſuspendite ſerta columnis:  
 Purpureas miſcete roſas, miſcete hyacinthos,  
 Liliaq;: & pulchro regem conſpergite nimbo.

Tunc nomen latè clarum: Iordanis ad auras  
 Ad tollent montes: Iordanem maxima circum  
 Aequora, Iordanem syluæq; amnesq; sonabunt.  
 Illa autem humanis quamuis latura ruinis  
 Auxilium, sinemq; dies, gratissima quamuis  
 Urbibus adueniat, totumq; optanda per orbem:  
 Fluminibus tamen, & nostris felicior undis  
 (Siqua fides, siqua est ueri prudentia Proteo)  
 Ostendet roseos stellis ridentibus ortus.  
 Quandoquidem non diuitias, non quæret honores  
 Ille patris decus, ac uirtus, mortalia postquam  
 Membra sibi, & fragileis iâ sponte induxerit artus:  
 Non sceptrum inuadet Cypri: non Cassia regna  
 Diripiet: non exuujs Babylona superbam  
 Eruet: aut alto scandet Capitolia curru,  
 Militibus circum, & lato comitante senatu.  
 Sed maris undisoni tractus: & littora longe  
 Curua secans, media socios sibi quæret in acla:  
 Dispersosq; mari nautas, nudosq; colonos  
 Vndarum, sinuosa fretu iactare paranteis  
 Retia, uexatas aut iam reparare sagenas  
 Sollicitos, patris ad solum, ac sua tecta uocabit.  
 Atq; ollis ius omne, potestatemq; medendi  
 Adijciet: pellent morbos, dentesq; retundent  
 Vipereos, Orciq; acies, ac monstra fugabunt.  
 Quin & custodes feribus radiantis olympi  
 Præficiet seruare aditus, & claustra iubebit  
 Aurea: queis non ulla queat uis seu nocere  
 Eumenidum, duriq; umbrarum obistere postes.

Tum sedes passim emeritis duodena per astra  
 Instituet: distincta suos de more sequetur  
 Turba duces, illi leges, & sancta uocatis  
 Iura dabunt, plausu sociorum, atq; agmine lati.  
 Felices, qui iam cymba, remisq; relictis  
 Alta serenati conscendent culmina caeli.  
 Præterea (si certa fides, nec uana futuri  
 Gaudia) cognatas etiam spectabimus undas  
 Leneos uerti in latices. Ea prima deum Rex  
 Arcana, hos primos per signa ostendet honores.  
 Accepti late imperij, mirabitur auctus  
 Lympha suos, iussa insuetum spumare capaceis  
 Per pateras, largeq; nouum diffundere neclar,  
 Et mensas hilarare, & felicis hymeneos.  
 Nec semel ille altum remis euectus in equor  
 Cum iam frustrato socios redijisse labore  
 Accipiet, præda ingenti ditabit, & udos  
 Squamigerum strata cumulos exponet in alga.  
 Iratos etiam fluctus, tumidasq; procellas:  
 Miscenteisq; imo turbatam gurgite arenam,  
 Iamq; superiecto mensuris equore puppim,  
 Imperio premet increpitans, cadet arduus undæ  
 Impetus: atq; audisse minantis iussa putares  
 Eurosq; Zephyrosq;, & ouantes turbine Coras.  
 Quid loquar, ut gemino numerosas pisce cæruas,  
 Munere & exiguo Cereris, miserabile uulgus,  
 Matres, atq; uiros pariter per gramina pascet:  
 Ut iam his senis redeant fragmenta canistris?  
 Aut intempesta gradiens ut nocte per altum

Libera substrato ponet uestigia ponto:  
 Vixq; undas sicco tanget pede? scilicet olli  
 Adnabunt blanda Nereides. humida passim  
 Sternent se freta: tum fundo Neptunus ab imo  
 Excitus, agnoscet dominum: positoq; tridente  
 Cum Phorco, Glaucoq; & semifero comitatu  
 Prosiliet, trepidusq; sacris dabit oscula plantis.  
 Sed quid ego exili uectus super alta phaselo  
 Cuncta sequor memorans? non si Parnassia Musæ  
 Antra mihi: sacrosq; aditus atq; aurea pandant  
 Limina, sufficiam. non si mihi ferrea centum  
 Ora sonent, centumq; arato è gutture lingue  
 Vocibus expument agitantem pectora Phæbum:  
 Laudatos ualeam uenturi principis actus  
 Enumerare, nouoq; amplecti singula cantu.

Hæc senior quondam felici pectore Proteus  
 Vaticinans (ut fortè meo diuernerat antro)  
 Premonuit: nunc euentus stat signa futuri  
 Expectare. Nitor roseo sed fulsit ab ortu  
 Clarior: & radys dux præuia matutinis  
 Oceani procul extremo se littore tollit  
 Exoriens Aurora: sinusq; induta rubentis,  
 Ante diem citat auricomos ad fræna iugaleis.  
 Et iam consuetis tempus me currere ripis  
 Vndantem, magnosq; lacus, & prata secantem  
 Vorticibus. Videm? ut nostros agit impetus amnen?  
 Iordanemq; uocat tumidarum murmur aquarum?

Sic fatus, confestim humeris circundat amictus  
 Insolitos: quos pulchra nudis neuere sub antris

Naiades

*Naiades, molli ducent es stamina musco,  
Sidonioq; rudeis saturantes murice telas,  
Aurea consperso uariarunt sidera limbo:  
Atq; ita se tandem currenti reddidit alueo  
Spumeus. & motas aspergine miscuit undas.*

*Haec lenus o superi partus tentasse uerendos  
Sit satis. optatam poscit me dulcis ad umbram  
Pausilypus, poscunt Neptunia littora, & udi  
Tritones, Nereusq; senex, Panopeq; Ephyreq;  
Et Melite: quaeq; in primis mihi grata ministrat  
Ocia, Musarumq; cauas per saxa latebras,  
Mergillina: nouos fundunt ubi citria flores,  
Citria Medorum sacros referentia lucos:  
Et mihi non solita neclit de fronde coronam.*

F I N I S .

A C T I I S Y N C E R I  
S A N N A Z A R I I D E M O R T E  
C H R I S T I D O M I N I A D M O R  
T A L E S L A M E N T A T I O .



meatu

*I quando magnum mirati surgere  
Solem  
Oceano, & toto flammam diffunde-  
re caelo:  
Certatimque suo terras ambire*

*Noctiuagam Phoeben praecincla cornibus aureis:  
Aeternosq; aetrorum igneis, caliq; micanteis*

d 3 Scintil

Scintillare oculos: aliquem dare iura putastis,  
 Atq; polo regnare hominum, rerumq; parentem,  
 Cui mare, cui tellus, cui pareat arduus aether,  
 Cuncta supercilio qui temperet: hunc simul agri  
 Mortales (si uestra dolor præcordia tangit)  
 Adspicite immitti traiectum pectora ferro,  
 Pectora, sedatasq; manus, perfusaq; tabo  
 Ora, cruentatumq; caput, cruentumq; reuulsos,  
 Adspicite, & plenos lacrymarum fundite riuos.  
 Heu scelus, heu crudele nefas: iacet altus olympi  
 Rector: & amisso torpent elementa magistro.  
 Quin etiam uacuum adsueto sine pondere cælum  
 Nutat, & ipsa suum querunt solia aurea regem.  
 Quem diuersi procul seuo cum crimine tellus  
 Ignotum populis caput, & miserabile corpus  
 Sustinet, exanguisq; sinu complectitur artus,  
 Et tremefacta, grauis testatur murmure questus,  
 Testatur Sol ipse suum sub nube dolorem  
 Iam latitans, atraq; notans ferrugine frontem.  
 Tu quoq; deformesq; genas, pallentiaq; ora  
 Contegis, inferiasq; tuo das Luna Tonanti,  
 Auratum flauo tondens de uertice crinem,  
 Et lacrymas uida fundens in nocte tepentis.  
 Nec minus abruptis fama est exisse sepulcris,  
 Perq; uias errasse nouis simulacra figuris:  
 Excitasq; umbras, medias ululasse per urbeis  
 Sub noctem, & notos questu impleuisse penateis.  
 Quid? non & pelagi rabies adtollere fluctus  
 Immaneis uisa est? montesq; euoluere aquarum,

Deieclura urbeis, terrasq; haustura profundo?  
 Cum simul & caput undisonis emersus ab antris  
 Cæruleus Triton rauco super æquora cornu  
 Constreperet, nautasq; horrenda uoce moneret  
 Naturæ cecidisse patrem, regemq; deumq;.  
 Hæ'ne manus uasti iunxerunt fœdera mundi?  
 Harū opus est, quodcumq; iacet, quodcūq; mouetur?  
 Quicquid ubiq; parens rerum Natura gubernat,  
 Frugiferens tellus, foetumq; animantibus æquor,  
 Vitalisq; aër, atque ignibus æthra coruscis?  
 Et nunc (proh facinus, quantum potuere nocentum  
 Flagitia?) immensis dant peruia uulnera clauis,  
 Liuentemq; atro fœdant squallore lacertos.  
 Heu caput indignum spinis, uenerandaq; cælo,  
 Et toties clara stellarum impexa corona  
 Casaries: heu pectus hians: conuulsaq; dira  
 Barba manu: tunisq; artus: & frigida membra.  
 Vosne pedes cælum fremere, & uaga sidera sucti,  
 Fulgentemq; domos super ūm, sublimia tecla,  
 Tam seuæ immanis perpepsi cuspidis ictus,  
 Et terram, & duras sparsistis sanguine cauteis?  
 Nec trepidat mens cæca hominū? Quæ tãta tenaci  
 Durities in corde riget? num nigra uidetis  
 Tartara, tot claris hominum uiduata trophæis,  
 Desertasq; in nocte domos, & tristia regnat  
 Felicemq; animas letum pœana canentes  
 Pone sequi regem, & cælo insedisæ sereno?  
 Quid si non tantos subisset sponte labores,  
 Humanamq; sua pensasset morte salutem

Ille sator rerum, & summi mens certa parentis,  
 Qui nutu ingentis mundi moderatur habenas?  
 Ut tandem intactos picea Phlegethontis ab unda  
 Post obitum aeternae donaret munere lucis,  
 In partemq; suorum operum, regniq; uocaret:  
 Tantus amor generis seruandi, & gloria nostri.  
 Quare agite, ex animis mortales pellite uestris,  
 Siquid adhuc manet antiqua de sorde relictum:  
 Mendacisq; deos, & detestanda priorum  
 Sacra profanatis tandem detrudite ab aris.  
 Imbuat effuso terram nec sanguine taurus:  
 Nec miser ille sua diuulsus ab ubere matris  
 Ignotos agnus balet super hostia cultros.  
 Viuat ovis, uiuat quicquid sub sole creatum est.  
 Mentem, animūq; deo, non thura, aut exta parate.  
 Has illi pecudum fibras, haec reddite dona.  
 Cernitis, ut pronum flectat caput? ut pia pandat  
 Brachia? & ingratas uocet ad sua uulnera gēteis?  
 Oblitasq; uia moneat meminisse relictae,  
 Scilicet amplexus non reiecturus amicos?  
 At uos obtusus ignari auertitis aureis,  
 Infelix genus, & sauae ludibria mortis:  
 Nec, quanta à tergo iam instent tormēta, uidetis.  
 Tempus erit, cum uestra illū commissa notantem,  
 Multantemq; reos, altaq; in nube sedentem  
 Adspicietis: & horrentis tremor opprimet artus.  
 Nec iam ferre oculos flammaram ardore coruscas,  
 Aut timidos acie uultus contendere contra  
 Audebit quisquam sibi conscius. Ibit in igneis

Turba

Tur  
 Pall  
 Co  
 Atq  
 Tun  
 Exp  
 Inq  
 Et f  
 Quo  
 Agn  
 Inu  
 Erg  
 Du  
 Du  
 It  
 It  
 Et  
 Sic  
 Ob  
 Pro  
 Ves  
 Po  
 Illo  
 Ab  
 Sid  
 Sub

Turba nocens: fonteſq; exoluet corpore pœnas:  
 Pallenteſq; æternùm amneis, uafasq; lacunas  
 Cocyti colet: & furias horrefcet hianteis:  
 Atque animum monitis non intendiſſe pigebit.  
 Tunc uos exacta capient mala tædia uitæ  
 Experteſ cœli, atque aura ſub nocte profunda:  
 Inq; caput triſidos nequicquam optabitis igneis:  
 Et fruſtra erectas tolletis ad æthera palmas.  
 Quos ſuperùm cætus, & fortunata piorum  
 Agmina uix lacrymis poterunt ſpectare retentis,  
 Inuidiæ ſtimulis, diſiſq; ultricibus actos.  
 Ergo uitaleis miſeri dum carpitis auras,  
 Dum compos mens ipſa ſui eſt, dum certa facultas,  
 Dum ratio, tempuſq; ſiunt: ſimul ite frequentes,  
 Ite p̄y, ueniam factis expoſcite ueſtris:  
 Ite, animos purgate Orciq; inhibete rapinas:  
 Et tandem patrio mentem conuertite cœlo.  
 Sic rex ille hominum uacui ſpoliator Auerni,  
 Oblitus ſcelerum, cognata ſtirpis amore,  
 Promiſſiq; memor, menteſ intrabit amicas,  
 Veſtraq; poſthabitis recolet præcordia templis.  
 Poſtq; tot exhaustos uitæq; obituſq; labores,  
 Illo quo pluias, quo pellit nubila uultu,  
 Ablutos labe excipiet, letuſq; reponet  
 Sidereos inter proceres, ſanctumq; ſenatum,  
 Sub pedibuſq; dabit ſtellantia cernere clauſtra.

F I N I S.

d 5

ACT

## ACTII SYNCERI

SANNAZARI

ELOGIA PRIMA

PHYLLIS.

LYCIDAS, MYCON.



**M**TRABAR, uicina Mycon per litto-  
ra nuper

Dum uagor, expectoq; leues ad pa-  
bula thymos,

Quid tantū insuetus streperet mihi  
coruus, & uide

Per scopulos passim fulica, perq; antra reposita

Tristia siebilibus complerent saxa querelis:

Cū iam nec curuus resliret ab aquore delphin,

Nec solitos de more choros induceret undis.

Ecce dies aderat, charam qua Phyllida terræ

Condidimus, tumuloq; pias desicimus umbras

Ab miseri: & posthac nec tristes linquimus auras:

Nec dubitat sauus solatia ferre Pylemon.

MY. Scilicet id fuerat, tota quod nocte uaganti

Huc illuc, dum Pausilypi latus omne pererro,

Piscosamq; lego celeri Nestida phaselo:

Nescio quid queruli gement lacrymabile mergi.

Phyllis ad inferias, Phyllis (si credimus) illos

Ad gemitū, ô Lycida, tumuloq; ad sacra uocabat.

LY. Eheu chare Mycon, qualis spectacula pompæ

(Nunc recolo) quas ipse manus, quæ uic ora notauit

His oculis, his inquam oculis quæ funera uidi

Infelix

I Infelix: nec me tandem dolor improbus egit  
 In scopulos, in saxa, rogoue absumpsit eodem  
 Ignea vis, uel saltem aliquis deus a quore merisit.

M. Y. O Lycida Lycida: nonne hoc felicius illi  
 Euenisse putas? quam si fumosa Lyceta  
 Antra, uel hirsuti tegetem subisset Amyntae?  
 Et nunc heu uiles hamo sibi quaereret escas:

Aut tenui laceras sarciret uimine nassas,  
 Sed tu, siquid habes ueteres quod luceat ignes,  
 Quod manes, cineresq; diu testetur amatos.

Incipe: quandoquidem molles tibi litus arenas  
 Sternit: & insani posuerunt murmura fluctus.

L. Y. Immo haec quae cineri nuper properata parabam  
 Carmina, ab extremo cum iam caualittora portu  
 Prospicerem, & niuei uenerarer saxa sepulcri:

Incipiam. tu coniferas ad busta cupressus  
 Sparge manu, et uiridi tumultu superintege myrto.

M. Y. En tibi carulei musci aequoris, en tibi conchas  
 Purpureas, necnon toto quaesita profundo,

Et uix ex imis euulsa corallia saxis  
 Adferimus. tu solennes nunc incipe cantus:

Incipe, dum ad solem Baianus retia Mylcon  
 Explicat, & madidos componit in orbe rudentes.

L. Y. Quos mihi nunc diuae scopulos, quae panditis an-  
 Nereides: quas tu secretae littoris herbas

Glauce pater, quae monstriferis mihi gramina succis  
 Ostendes nunc Glauce? quibus tellure relicta,

Ah miser, & liquidus factus nouus incolae ponti,  
 Te sequar in medios mutato corpore fluctus,

Et

Et feriam bisida spumantia marmora cauda.  
 Nam quid ego (heu) solis uitam sine Phyllide terris  
 Exoptem miser? aut quidnam rapta mihi luce,  
 Dulce putē? quidue hic sperē? quid iamorer ultra  
 Infelix? an ut hac uili proiectus in alga,  
 Arenteis tantum frutices, desertaq; cernam  
 Littora, & ingrato iactem mea uerba sepulcro?  
 Scilicet hos thalamos, hos felices hymenæos  
 Concelebrem? sic sperata mihi gaudia tede  
 Dat Venus? ambiguos sic dat Lucina timores?  
 Quis mihi quis te te rapuit dulcissima Phylli,  
 Phylli mea quondam requies spesq; unica uita,  
 Nunc dolor, aternusq; imo sub pectore luctus,  
 Non licuit tecum optatos coniungere somnos,  
 Dulcia nec prima decerpere dona iuuenta,  
 Aut simul extremos uitam producere in annos.  
 Nūc te (q̄s credat?) lapis hic habet: et mihi nusq̄ es,  
 Nusquam terrarum Phyllis: sed fabula, & umbra  
 Frustrantur miseræ per dira insomnia noctes.  
 Me miserum: qua te tandem regione requiram?  
 Quæue sequar? per te quodam mihi terra placebat,  
 Et populi, lætaq; suis cum manibus urbes:  
 Nunc iuuat immensi fines lustrare profundi,  
 Perq; procellosas errare licentius undas  
 Tritonum immistum turbis, scopulosaq; Cete  
 Inter, & informes horrenti corpore Phocas,  
 Quò nunquã terras uideam. Iam iam illa tot annis  
 Culta mihi tellus, populiq; urbesq; ualete:  
 Littora chara ualete: uale simul optima Phylli.

Nos  
 Pon  
 Mo  
 Et  
 Of  
 Hi  
 Cy  
 Et  
 Sol  
 Qu  
 Ed  
 Et  
 At  
 El  
 Le  
 Se  
 Na  
 Et  
 Ad  
 Se  
 Vt  
 Si  
 In  
 Ca  
 P  
  
 M  
 H

Nos tibi, nos liquidis septem pro fluctibus aras  
 Ponemus: septemq; tibi de more quotannis  
 Monstra maris magni uitulos maculabimus hirtos:  
 Et tibi septenis pendebunt oſtrea fertis,  
 Oſtrea muricibus uariata, albiq; lapillis:  
 Hic tibi Niſae, & flauos reſoluta capillos  
 Cymadoce, mitisq; pia cum matre Palemon,  
 Et Panope, & Siculi cuſtos Galatea profunda  
 Solemnis neſcent choreas, & carmina dicent:  
 Quae Proteus quondam diuino pectore uates  
 Edocuit, magni cum funera ſeret Achillis,  
 Et Thetidis lacus conſolaretur amarus.  
 At tu ſiue altum felix colis athera, ſeu iam  
 Elyſios inter manes, coetusq; uerendos  
 Lethaos ſequeris per ſtagna liquentia piſces.  
 Seu legis aternos formoſo pollice flores.  
 Narciſſumq; crocumq; & uiuaceis amaranthos,  
 Et uiolis teneras miſces pallentibus algas:  
 Adſpice nos, mitisq; ueni. tu numen aquarum  
 Semper eris, ſemper latum piſcantibus omen.  
 Ut nymphis, Nereoq; ut flauicome Amphitrite,  
 Sic tibi uictrices fundent libamina cymbae.  
 Interea tumulo ſupremum hoc accipe carmen,  
 Carmen, quod tenui dum neſcit arundine linum,  
 Piſcator legat: & ſcopulo ſuſpiret ab alto.  
 In gremio Phyllis recubat Sirenis amara.  
 Conſurgis gemino felix Sebethae ſepulcro.  
 MY. Dulce ſonat Lycida tua carmina: nec mihi ma  
 Halcyonũ lameta, aut udo in gramine ripae (lim  
 Prop

Propter aquam dulces cyncorum audire querelas.  
 Sed tu sic faciles vicina Megeria semper  
 Sufficiat conchas sic proxima Mergilline  
 Ostrea, saxosæq; serat tibi rupis echinos:  
 Quandoquidem nox obscuras iam distulit umbras,  
 Necdum permensus cælum Sol: incipe rursus,  
 Atq; itera mihi carmen. Habent iterata leporem.  
 LY. Ne miserū ne coge Mycon. sat lumina, sat iam  
 Exhausta maduere genæ. dolor (adspice) siccas  
 Obduxit fauces: quatit & singultibus inum  
 Pectus: anhelantemq; animā uox egra relinquit.  
 Et tamen hæc aliās tibi nos, & plura canemus,  
 Fortasse & meliora, uiderit si Musa canenti.  
 Quin & ueliferū olim hæc spectanda carinis  
 Seu Prochytæ, seu Miseni sub rupe patenti  
 Inscribam, grandeisq; notas ferrugine ducam:  
 Præteriens quas nauta mari percurret ab alto:  
 Et dicat: Lycidas, Lycidas hæc carmina fecit.  
 Sed quoniam socij passim per littus ouantes  
 Expectant, poseuntq; tuas ad retia uires:  
 Eia agè iam surgamus. ego hæc ad busta sedebo.  
 Tu socios inuisce: es eas nam querere tempus:  
 Et tibi nunc uacue fluitant sine pondere nasse.

## ECLOGA SECUNDA

GALATEA.

**F**orte Lycon uacuo fessus confederat antro  
 Piscator, quæ se scopuli de uertice lato  
 Ostentat pelago pulcherrima Mergilline.

Dumq;

Dumq; alij notosq; sinus, piscosq; circum  
 Aequora collustrant flammis, aut linea longe  
 Retia, captiuosq; trahunt ad littora pisces:  
 Ipse per obscuram meditatur carmina noctem.

Immitis Galatea: nihil te manera tandem,  
 Nil nostra mouere preces? uerba irrita uentis  
 Fudimus: & uanas scopulis impigimus undas.  
 Adspice, cuncta silent, Orcas, & maxima Cete  
 Somnus habet, tacita recubant per littora Phocæ.  
 Nō Zephyri strepit aura: sopor suus humida mulcet  
 Aequora: sopito conuiuent sidera cælo.  
 Solus ego (hei misero) dum tristi pectore questus  
 Nocte itero, somnum tota de mente fugauit,  
 Nec tamen ulla mea tangit te cura salutis.  
 At non Praxinoe me quondam, non Polybota  
 Filia despexit, non diuitis uxor Amyntæ,  
 Quamuis culta sinu, quamuis foret alba papillis,  
 Quin etiam Aenaria (si quicquam credis) ab alta  
 Sæpe uocor. solet ipsa meas laudare camænas  
 In primis formosa Hyale: cui sanguis Iberis  
 Clarus auis: cui tot terræ, tot littora parent:  
 Quæq; uel in medijs Neptunum torreat undis.  
 Sed mihi quid prosunt hæc omnia, si tibi tantum  
 (Quis credat Galatea?) tibi si deniq; tantum  
 Displiceo? si tu nostram crudelis auenam  
 Sola fugas? sola & nostros contemnis amores?  
 Ostrea Miseni pendentibus eruta saxis  
 Mille tibi misit: totidem sub gurgite uasto  
 Pausilypus, totidem uitreis Euphræa sub undis

Seruat adhuc plureis Nefis mihi seruat echinos,  
 Quos nec uere nouo folijs lentiscus amaris  
 Inficit, aut uacua tenuant dispendia Luna.  
 Præterea mihi sub pelago manus apta legendis  
 Muricibus: didicit Tyrios cognoscere succos:  
 Quoq; modo plena durent conchylia testæ.  
 Quid refugis? tingenda tibi iam lana paratur,  
 Qua niteas, superesq; alias Galatea puellas:  
 Lana maris spumis quæ mollior. hanc mihi pastor  
 Ipse olim, dedit hanc pastor Meliseus, ab alta  
 Cum me fortè senex audisset rupe canentem:  
 Et dixit, puer ista tue sint præmia Muse,  
 Quandoquidem nostra cecinisti primus in acta.  
 Ex illo in calathis seruauit, ut mittere possem.  
 Sed tu (nequa mihi superet spes, nequa futuri  
 Conditio Galatea) manum mihi dura negasti.  
 Hoc est, hoc, miserum quod perdidit. ite Camæna,  
 Ite procul, spreuit nostras Galatea querelas.  
 Scilicet exigua uideor quòd nauita cymbæ,  
 Quodq; leues hamos, nodosaq; retia tracto,  
 Despicias: an patrio non hoc quoq; littore Glaucus  
 Fecerat? æquorea Glaucus scrutator arena,  
 Et nunc ille quidem tumidarum numen aquarum.  
 Sed nec, quæ nimium uel me sic falsa fatigat,  
 Fabula te moueat Lyda. Licet illa puellis  
 Lactet, nescio quas mihi se misisse corollas:  
 Non me Lyda tamen, non impulit, æquora testor,  
 Nereidasq; omneis si fallo, naufragus illas  
 Experiar, salsosq; bibam sub gurgite fluctus.

Heu quid agā? externas trans potū querere terras  
 Iam pridem est animus: quò nūquam nauita, nūquā  
 Piscator ueniat, fors illic nostrā licebit

Fata queri. Boreæ extremo damnata sub axe  
 Stagna petam, et rigidū nunquā non cana pruinis?  
 An Libyæ rapidas, Austriq; tepentis arenas,  
 Et uideam nigros populos, Solemq; propinquum?  
 Quid loquor infelix? an non per saxa, per ignes,  
 Quò me cunque pedes ducent, mens agra sequetur?  
 Vitantur uenti: pluuia uitantur, & astus:

Non uitatur amor. mecum tumuletur oportet.  
 Iam saxo me me ex illo demittere in undas  
 Præcipitem iubet ipse furor. Vos ô mihi Nymphæ,  
 Vos mari undisoni Nymphæ præstate cadenti  
 Non duros obitus, sauasq; extinguere flammæ.

Scilicet hæc olim, ueniens seu littore curuo  
 Cætere, seu Cumarum naualibus altis,  
 Dum loca transibit, raucus de puppe magister  
 Hortatus socios, dextrum deflectite, dicet,  
 In latus ô socij: dextras deflectite in undas:  
 Vitemus scopulos infameis morte Lyconis.

Talia nequicquam surdas iactabat ad auras  
 Infelix piscator, & irrita uota fouebat:  
 Cum tandem extremo ueniens effulsit ab ortu  
 Lucifer, & roseo perfundit lumine pontum.

e Ecloga

## ECLOGA TERTIA

M O P S V S.

CELADON, MOPSVS, CHRO-  
MIS, IOLAS.

**D**Te mihi (nam Baulis, uerum si rettulit Aegō,  
Bis senos uos Mopse dies tenuere procelle)  
Quid tu, quid Chromis interea, quid uester Iolas,  
Dum Notus insultat pelago, dū murmurat unda,  
Et quid desertis uacui lusistis in antris?

M O P. Quid nostræ facerent ingrata per ocia musæ  
O Celadon? neq; tum conchas impune licebat  
Per scotulos, non oëlipedes tentare Paguros.

Iam fragilem in sicco munibant saxa phaselum:  
Raraq; per longos pendeant retia remos.  
Ante pedes cistæq; leues, hamiq; iacebant:  
Et calami, nassaq; & uiminei labyrinthi.

Tum Chromis Inarimē spectans, hū, inquit, ab oris  
(Ah dirum exilium) nostræ soluere carine:  
Cum regem post bella suum comitata iuuentus  
I quotis pelagi uitam committeret undis.

Quæ tamē (ut fama est) Ligurū per saxa, per altas  
Stechadas emicuit: Rhodaniq; inuecta per annem  
(Nā bene si memini, Rhodanū referebat Amilcō)  
Oceanū madulas uidit resluentis arenas,

Et quæ ceruleos præcul adspicit ora Britannos,  
Quæ (nisi uana ferūt) quoties maris unda resedit,  
In ligene captant nudos per littora pisces.

Ne Chromi, ne lætus renoxa, respondit Iolas:

Sat

Sat tuus hæc nobis Lucrini nuper ad undam  
 Narravit Lycabas: Solem se scilicet illic  
 Trans fluctus, trans & nubes uidisse cadentem,  
 Haud aliter, quam si nostris è montibus illum  
 Caieta adspiceret longe post littora ferri:  
 Et strepitum sensisse ruentis ab æthere curvus.  
 Præterea mores populorum, urbesq; locosq;  
 Exposuit, quernasq; domos, & lignea tecta  
 Addidit & uarias (heu barbara nomina) gentes:  
 Bellouacos, Morinosq;: & quos quis dicere possit?  
 Tarbellos: latis errare & flumina campis:  
 Nescio quem Ligerim tectis se imasse carinis.  
 Sed mea nunc aliæ postcunt sibi pectora curæ.  
 Tu modo si quid habes (et te quoq; Chloridis ardor  
 Excruciat) scopulo hoc mecum meditare uicissim.  
 Audiet, & gracilem percurreret Mopsus auenam.  
 Sic illi: ast ego nil contra, sed quæ mihi collo  
 Garrula pēdebat, manibus tunc sumpta cicutæ est.  
 Scilicet alternos conabar arundine uersus  
 Excipere, alternis nam dicere uterq; parabat.  
 Nec mora, iam Chromis hos, hos et referat Iolas.  
 C H R. Nereides pelagi sacri ñ genus, aut mihi uestris  
 Mûnera ferte uadis, durâ queis Chlorida placeat.  
 Aut, si mûneribus stecti nequit, æquore toto  
 Querite, quæ nostrum sanet medicina furorem.  
 I O L. Sirenes mea cura, audite hæc ultima uota.  
 Aut renocet iam Nisa suam, nec spernat Iolam,  
 Aut uideat morientem. Hæc saxa impulsæ marinis  
 Fluctibus, hæc misero uilis dabit alga sepulcrum.

CHR. Quâlis trāquillo quæ labitur æquore cymba,  
 Cum Zephyris summa crissantur leuiter undæ,  
 Tata uolat, luditq; hilaris per transtra iuuentus:  
 Talis, uita mihi, mea dum me Chloris amabat.

I O L. Adspicis, irata feriant ut saxa procelle:  
 Ut ualidis imæ Coris turbentur arenæ.

Iam scopulis furit unda, tremit iam terra tumultu.  
 Fallor, an hæc ipsa est Nise indignantis imago?

CHR. O Proteu pastor liquidi maris, ô pater, ô rex,  
 (Quandoquidem insanos odistis numina fastus)  
 Quære Pitheciusas tu, cui licet, atque superba  
 Dic Hyale, falsum te pascere monstra per æquor.

I O. Ille habet, ille meos scopul<sup>9</sup> mihi seruat amores,  
 Qui propior terræ est, illum pete Glauce natatu:  
 Néue manus duri contemnat Nisa mariti,  
 Dic te squamigeras traxisse ad littora prædas.

CHR. Est Veneri Cypros gratissima, Creta Tonati,  
 Iunoniq; Samos, Vulcano maxima Lemnos:  
 Aenariæ portus Hyale dum pulchra tenebit,  
 Nec Samos Aenariâ uincet, nec maxima Lemnos.

I O L. Graduum Rhodopen, & Mercurius Cyllen<sup>9</sup>,  
 Ortygiam Phæbe, Tritonia iactat Hymetton:  
 Nisa colit Prochytē: Prochytes si commoda norint,  
 Ortygiam Phæbe, Tritonia linquet Hymetton.

CHR. Hic specus, hic rupes, texodisq; optima nasci  
 Vimina sunt, iunei, densaq; per auia myrtus:  
 Si mihi nunc Pholoë, uel tantum Chloris adesset,  
 Quàm bene pugnaces possem contemnere uentos!

I O L. Nulla mihi sine te ridet loca, displicet æquor,  
 Sordet

Sordet terra, leues odi cum retibus hamos.  
 At si aderis tu Nisa, placebunt omnia: latus  
 Tunc ego uel Libycis degam piscator arenis.  
 CH. Dat Rhobos Sinuesſa, Dicarchi littora Pagros  
 Herculeæ Mullum rupes, Synodontas Amalphus:  
 Parthenope teneris scatet ambitioſa puellis:  
 Quis mihi nunc alias ſcrutari ſuadeat algas?  
 IO L. In fluuïis Mugil uerſatur, Sargus in herbis,  
 Polyphus in ſcopulis, medijs Melanurus in undis:  
 Ante tuas mea Nisa fores ego ſemper oberro:  
 Quæ mihi det tales incundior inſula portus?  
 MOP. Hactenus ô Celadô reſonis ſub rupibus illos  
 Inter ſe uario memini contendere cantu,  
 Horrida uentofis ridentes murmura ponti:  
 Qui tamen & laudes, & munera digna tulere  
 Carminibus, ſed quæ ne queat contemnere Triton:  
 Hic, quam Circeio natus ſub gurgite cepi,  
 Natiuis concham maculis, & murice pictam:  
 Ille recuruato nodofa Corallia trunca.

F E R D I N A N D O F E D E R I C I

Regis F. Aragonio, Calabriae Duci,

Ecloga Quarta.

P R O T E V S.

Nunc primum notas uelis maioribus undas.  
 Currim<sup>o</sup> ô Nymphæ craterides: ordine quâdo  
 Suadet amor, chara primos telluris honores  
 Dicere: caruleæ magni Crateris alumna.

Telluris primos chara dicamus honores,  
Dum radijs feruens medium sol excoquit aquor.

Tu uero patriæ iuuenis decus, edite cælo,  
Spes generis tanti: seu te nimboſa Pyrene  
Pro dolci Latio, pro noſtris detinet aruis:  
Seu uagus obiecto munimine claudit Iberus,  
Rumpe moras: nec te latis Hispania regnis  
Adliciat ſtirpisue tuæ primordia, & ille  
Gentis honos: licet effuſo Tagus impleat auro,  
Et pater Oceanus ſpumanti perluat unda.  
Nam mihi, nam tēpus ueniet, cum reddita ſceptra  
Parthenopes, fractosq; tua ſub cuspide reges  
Ipſe canam: nunc littoream ne deſpice muſam.  
Quam tibi poſt ſyluas, poſt horrida luſtra Lycaei  
(Si quid id eſt) ſalſas deduxi primus ad undas,  
Auſus inexperta tentare pericula cymba.

Quæ uada non norūt, quis neſcit Protea portus?  
Illum olim ueteris paſcentem ad ſaxa Minerue,  
Mulcentemq; ſuas diuino carmine Phocas,  
E puppi ſenſere Melanthius & Phraſidamus,  
Ut fortè à capreis obſcura nocte redibant:  
Senſere & uario delphinis ludere curſu,  
Tritonumq; choreis longe freta pulſa ſonare.  
Ipſe autem, haud quaquam mortali digna reſerri  
Verba ſono, uacuas letus cantabat ad auras:  
Terrigena ut quondam matris de uentre Tiphœm  
Exilicns, infanda deos ad bella uocaſſet:  
Ut fratrum primus, furijs, & hiantibus hydris  
Inſtraclus, denſas duclauerit ipſe cateruas:

Vt uisu ingenti partem de monte reuulsas  
 Aenariam, Prochytenq; altis immiserit astris,  
 Ac totum subito cælum tremefecerit iclu:  
 Tum pater haud segni molitus fulmina dextra  
 Immanes acies deiecerit, atq; trophaum  
 Iusserit ardenteis testari sulfure Baias,  
 Quòd gens uicta illis lauisset uulnera lymphis.

Hinc magni Alcide tauros, stratumq; profundi  
 Aggeribus memorat, ductamq; per oppida Iopam.

His ueteres addit Cumas, loca cognita Phæbo,  
 Vatis & horrendæ lucos, Triviaq; recessus:  
 Cimmeriumq; domos, & opaca in uallibus antra.

Te quoq; formosæ captum Nesidos amore  
 Pausilype irato compellat ab equore questu.

Ah miser, ah male caute, tuæ quid fata puellæ  
 Adceleras? cupit in medios eua dere fluctus  
 Infelix: cupit insuetum finire dolorem.

At tibi nec curæ est, quòd eam Neptunia monstra  
 Circumstant, mare nec rapido quòd sorbeat æstu.

Ah miser, ah male caute, ultra quid brachia tēdu?  
 Sis te gradum, riget illa ingis adsuetæ ninosis

Venatrix: quam mille fera timuere sequentem  
 Per saltus, uos hanc Panope, uos candida Drymo,

Cymothoëq; Rhoëq; Pherusaq; Dinameneq;  
 Accipite, & uestris sociam lustrate choreis.

Tum canit antiquas sedes, opulentaq; regna  
 Auricomæ Sirenis, & altum in monte sepulcrum,

Sacraq; Chalcidicosq; deos, magnisq; per equor  
 Auspicijs uectas hæc ipsa ad littora classeis.

Tum liquidos fonteis subter caua moenia ducit,  
 Ad tollitq; arceis, & culmina montibus aequat  
 Teclorum: uastitas protendit in aequora moleis,  
 Eupleamq; procul trepidis dat cernere nautis,  
 Atque Pharon iungit scopulos, praeruptaq; saxa  
 Theleboûm, Sarniq; amneis, & pingua culta.

Tû cant, ut Corydona sacro Meliseus in antro  
 Viderit, & calamos labris admouerit audax:  
 Formosum quibus ille olim cantarat Alexin,  
 Dixerat & musam Damonis, & Alphefibai:  
 Quis fretus, disclante Dea, tot sidera nobis  
 Prodiderit, tantas caeli patefecerit oras.

Quid referã aut Stabias, aut qua tenuisse canoris  
 Virginibus fama est abeunteis saxa carinas?  
 Aut ut terrifici sonitus, ignemq; Vesui,  
 Et desolatas passim defleuerit urbes?

Postremo reges, regumq; ex ordine pugnas  
 Enumerat: belliq; artes, & premia narrat.  
 Addit tristia fata, & te, quem luget ademptum  
 Italia infelix (siue id grauis ira deorum,  
 Seu sors dura tulit) trans altas euclit Alpes.  
 Mox agit Oceani prope littora: denique sistit  
 Spumantem ad Ligerim, paruaq; includit in urna.

Heu sortem miserandã, heu pectora ceca futuri.  
 Haccine te fessum tellus extrema manebat  
 Hospiti, post tot terraq; , mariq; labores?  
 Pone tamen gemitus: nec te monumenta parentum,  
 Aut moueant sperata tui tibi funera regis.  
 Grata quiete patria: sed & omni terra sepulcrum.

Hæc ille, & quæ uix audita prioribus annis  
 Heroum longæua queat meminisse uetustas,  
 Commemoratur, socio respondent aquora plausu:  
 Luna suam donec paulatim fundere lucem  
 Cœpit, & ad uitreas redierunt numina sedes.

CASSANDRAE MAR-  
 chesiae, mulieri præstantiss.  
 Ecloga Quinta.

HERPYLIS PHAR-  
 MACEVTRIA.

DORYLAS, THELGON.

Sed iam uolgatos & nos referamus amores:  
 Quos pariter grata scopuli pendentis in umbra  
 Hinc Dorylas, hinc Theleboi maris adcola Thelgō  
 Certantes docuere: quibus caua littora, & ipse  
 Acquoreus Platamō, sacrumq; Serapidis antrum  
 Cum fonte, & Nymphis adsultauere marinis.

Tu mihi, seu doctas percurris Palladis artes,  
 Meoniaq; aurū, & subtegmina uincis Arachnes:  
 Seu Dryadum choreis, cœtuq; immixta Diana  
 Haud minor incedis: piculaq; adcincla pharetra  
 Venatu Prochyten, maternaq; regna fatigas:  
 Sive Dicarchæis quæ molibus adsilit aquor,  
 Ludentis spectas Nereïdas: en age nostros  
 (Siquis honos pelagi) Cassandra en adspice lusus.  
 Non ingrata cano, penitusq; iniussa. Neq; unquam  
 Arguerint uenturaq; meis te secula chartis

Præteritam, faucat modo non inuitus Apollo,

Et quæ me facili uexere per æquora remo

Pierider: queis longa dies, & nomina curæ.

Interea Dorylam iuuet hic audire canentem.

DOR. Sebethi ad liquidas descēder, at Herpylis ūdas,

Herpylis Euboidū non ultima: quam pater Alcon

Erudyt, Musis & Phæbo cognitus Alcon.

Venerat & focū partem subitura laboris

Vnanimis soror, & calathum de more ferebat

Ipsa comas effusa, pedemq; exuta sinistrum

Cum philtris longum submurmurat: atq; ita fatur:

Pone aram, & uiuos hauri de flumine rores,

Canaq; uicino decerpe absinthia campo.

Illum illum magicis conabor adurere sacris,

Qui miseram tota spoliatam mente reliquit.

Voluite præcipitem iam nūc mea licia rhombū.

Rhombus ad Aemonias reuocetur aheneus arteis:

Sistere qui pluuias, qui pellere nubila cælo,

Qui potus est trepidos undis abducere pisceis.

Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.

Alga tibi hæc primum tumidi purgamina ponti

Spargitur, & rapidis absumitur arida flammis:

Sic mihi sic Mæon uarais adusq; medullas.

Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.

Ter muscum Clearista, ter hunc sine forcipe cancrū

Vre simul, camq; his dic, uiscera Mæonis uro.

Voluite præcipitē mea licia uoluite rhombum.

Spōgia nūc lacrymis perfunditur, heus bona magno

Spongia nata mari, lacrymas bibe sedula nostras.

Vtq;

Vtq; rapis sitiens illas, sic Maonis omnem  
Maonis ingrati rapias de pectore sensum.

Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.  
Vt pumex pinguescit, ut equoris unda quiescit,  
Quæ uentis agitata hoc illuc concita fertur.  
Sed quid ego heu tristi pectus concussa dolore  
Imprecer, & uanis iactem conuitia uentis?

Maon tot mihi dâna, ego Maoni uerba rependam?

Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum,  
Huc huc, qui rigida meditaris uulnera cauda  
Sæue Trigon, & tu, proprium cui sistere naueis  
Veliferas Echenais, adeste: & Maonis acreis  
Tu retinere pedes, tu figere corda labora.

Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.

Tunde iecur, spumamq; simul Torpedinis atra.

Hæc ego cras illi letalia pocula mittam:

Ebibat, & subito pallenteis torpeat artus.

Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.

Scinde manu Leporem. Leporis penetrabile uirus

Nascitur Eois hic fluctibus: adtulit Aegle,

Docta Aegle, iussitq; inimicum tangere limen.

Curre age, tæge simul, simul obline, cras mihi pœnas

Perfidus ille dabit: gemet ipso in limine Maon.

Sistite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.

Contere & Halcyonis nidum mihi. Pellere uentos

Dicitur, & sauas pelagi mulcere procellas.

Forsitan hic nostros sedabit pectoris æstus.

Sistite præcipitem iam sistite licia rhombum.

Hæclemus ille, quid huic subiūxerit ordine Thelgō,

Accipe

Accipe. non omneis unus dolor angit amantes.

T H E L. Rupe sub hac mecū sedit Galatea: uidebā

Et capreas, & quæ Sirenum nomina seruant

Rura procul. ueteres alia de parte ruinas

Herculis, ambuſta ſignabat ab arce Veſeius.

Exere caruleos Triton de gurgite uultus.

Ipſe me. ſ Triton Nereo deferre querelas,

Ipſe potes curua reſonans ſuper æquora concha

Et ſcopulis narrare, & fluctuagis Balanis.

Exere caruleos Triton pater exere uultus.

Hic primos mihi congreſſus dedit illa roganti:

Hic niueam formoſa manum porrexit, & (eheu,

Quid recolo?) tacitos in me deſlexit ocellos.

Exere caruleos Triton de gurgite uultus.

Huc ades ô mea cura. quid ô quid lenta morariſ

Ipſe ego te propter. ſocios, cymbamq; reliqui.

Exere caruleos Triton pater exere uultus.

Hic tibi conſuetas formoſior explicat umbras

Populus. amplector ſæpe hanc, atq; oſcula ſigo

Corticibus: ſæpe ipſa pedum ueſtigia quero:

Et ſiquid manibus tetigiſti, floribus orno.

Exere caruleos Triton de gurgite uultus.

Quem mihi nunc præfers? ſi te iuga frondea, ſi te

Arbuta, præcentesq; iuuant per rura capelle:

Nos quoq; non gracileis nunc primum iungere auenu

Diſcimus. incifas implent mea carmina ſagos:

Et mea Manalijs pendet iam fiſtula ſyluis.

Exere caruleos Triton pater exere uultus.

Sin magis adrident hæc littora, ſin magis alti

Diu

Doc

E

Non

Aeq

Qui

Nun

Et S

E

Me I

Litt

Senſ

O

Et p

Ext

Acci

Adſ

Obr

S

S

Tur

Acci

O mi

*Diuitiæ pelagi sparsos quis cogere pisces  
Doctior, aut rigidum dextra iactare tridentem?*

*Exere caruleos Triton de gurgite uultus.  
Non ego delphinis, te iudice, non ego thynnis  
Aequore uel medio dubitem certare natando.  
Quid tibi me iactem? cui uix numerare uel hamos  
Nunc uacat, aut restes, onerataq; retia plumbo,  
Et Sinuesano textas de uimine naſſas.*

*Exere caruleos Triton pater exere uultus.  
Me Ligurum dura rupes, me Gallica norunt  
Littora: piscantem pariter me Varus, & ingens  
Sensit Arar, sensere maris fera monstra Britanni.*

*Obrue caruleos Triton sub gurgite uultus.  
Et post hæc (heu) dura fugis. non te mihi tellus  
Extera, non uenti rapuere. sed accipe munus,  
Accipe. non ultra tecum Galatea sedentem  
Adspicies. I, læta nouas meditare choreas.  
Obrue caruleos Triton pater obrue uultus.*

TRAIANO CABANILIO  
Troia, ac Montellæ  
Domino.

SALICES.

**S**I uacat, & blandos etiamnum uentilat igneis  
Qua dea carulea uehitur super æquora cœcha,  
Turrigerâq; Paphon, ditemq; Amathunta tuctur;  
Accipe flumineas properatum carmen ad undas,  
O mihi non dubia Cabanili cognite fama,

Sed

Sed longe uarios rerum spectare per usus.  
 Nam tibi me docta sic deuinxere sorores,  
 Sic mea felici permulcent pectora cura:  
 Ut uix illa queam melioris tempora uitæ  
 Te sine, uix placidos per noctem ducere somnos.  
 En agendum Traiane tuis hæc præuia iussis  
 Tractanti, iam iamq; animo maiora paranti  
 Da ueniam, & tenuis ne dedigare camænas.

Fortè inter uiridæis (si uera est fama) genitæ  
 Capripedes Satyri, passimq; agrestia Panes  
 Numina cum Faunis, & montiuagis Syluanis,  
 Exercet dum Sol raucas per rura cicadas,  
 Vitabant æstus, quæ pinguis culta uadosis  
 Irrigat, & placido cursu petit æquora Sarnus,  
 Grata quies nemorum manantibus undiq; riuis;  
 Et Zephyris densas inter crepitantibus alnos.  
 Dumq; leucis aptant calamos, dum sibila pressis  
 Explorant digitis, tenuiq; foramina cera  
 Obducunt, uario modulantes carmina cantu:  
 Auricomæ uiridè speculantur ab ilice Nymphe  
 Dulcia clarifonis soluentes ora cachinnis:  
 Sed propè ferre pedem metuunt. nam sæpe labori  
 Audierant Penæ tuos: & qualibus olim  
 Infelix cheu uirgo Nonacria fati,  
 Infelix uirgo (quid enim non illa moueret?)  
 Pana metu fugiens è uertice Cyllenæo,  
 Pana deum Arcadiæ, quæuis pulcherrima, quam  
 Diane sacros inter lectissima cœtus,  
 Nodosa tenerum mutarit arundine pectus.

Quas simul ac nemorum petulans, effrenaq; pubes  
 Semperi uidere per herbida prata uagantes,  
 Occultamq; inis flammam traxere medullis:  
 Sic timidus blandis hortantur uocibus ultro:

Huc huc o tenere placidissima turba puella:  
 Quid procul adstatis? potius succedite ripae,  
 Et uiridi in prato molles de more choros  
 Ducite: quandoquidem calamos inflammas inerteis:  
 Et frustra ad surdas iactamus carmina syluas.  
 Ille nil contra: celeri sed nuda parabant

Crura fuge, tutosq; agitabant mentereceptus,  
 Si qua forte uiam per saxa irrumpere, & altis  
 Euasisse iugis, deus, aut sua fata dedissent.  
 Tum iuuenes, procul o, clamant, procul iste puella  
 Sit timor: ignauas animo depellite curas.

Nulla hic insidia, nulla per aperta latebra:  
 Cuncta patet: nullas abscondunt haec loca fraudeis.  
 Nos quoq; non Lerne monstris, non igne Chimerae,  
 Scillaesue lupae geniti, aut latrante Charibidi,  
 Qui uestra immani laceremus uiscera morsu:  
 Sed diu n' genus, & qui semper rupibus altis  
 Vobiscum crebris uenatibus insultemus.

His dictis permulsi animi, securaq; tristem  
 Corda metum eijciunt: gressuq; per uia citato  
 Prata, deis tandem cupidis, ripaeq; propinquant.  
 Tum manibus simul implicitis per gramina festas  
 Exercent choreas: aliosq; aliosq; reflexus  
 Inter se late repetunt: nunc corpora librant  
 In saltus: nunc molle latus: nunc candida iactant

Brachia

Brachia: & alterna quatiunt uestigia planta.  
 Hic Satyri, quanquam uoces audire canentum  
 Crudeles, quanquam niueas spectare papillas  
 Exultant, oculisq; bibune sitientibus ignem;  
 Tanta tamen seui gliscit uis effera morbi  
 Pectoribus, præcepisq; amor, & malesana libido:  
 Ut calamus sensim eiectis, ruptoq; repente  
 Fœdere, surgentes ab humo, uento ocyus omnes  
 Exiliant: spretaq; deum pietate, fideq;  
 Ah! pauidas Nymphas, subitoq; horrore rigentes  
 Inuadunt amidi, seuorum more luporum,  
 Qui letas medijs proturbant lusibus agnas,  
 Oblitasq; sui passim rapiuntq;, trahuntq;.  
 Dum uiridi in campo cursant, aut ualle sub alta,  
 Et custos ignarus abest, & amica canum uis.  
 Sic illi, at misera discisso pectore Nympha  
 Frondiferam mæstis sylvam clamoribus implent:  
 Atq; huc, atq; illuc fugiunt, non saxa, neq; altis  
 Tuta putant loca senta rubis, hinc ardua montis  
 Prærupti iuga, diffusos hinc stagna per agros  
 Adtonita circumspectant uia nulla salutis:  
 Et iam spes præcepta fugæ: tum deniq; ad undas  
 Consistunt trepida, flaudosq; à uertice crineis  
 Cum lacrymis, gemituq;, & flebilibus lamentis  
 Abscindunt, Saranumq; uocant, liquidasq; sorores:  
 Dumq; uocant, fundo properat chorus omnis ab  
 imo

Naiadum, properat uitrea rex carulus undæ  
 Saranus, inexhaustumq; uadis ciet agmen aquarum

Rauca sonans: sed quid Sarnúsue, aut illa natantú  
 Agmina Naiadum possint, ubi ferrea contra  
 Stant fata, & duro leges adamante rigescunt?  
 Ergo defecta cura, auxilioq; deorum,  
 Ac cælum pariter Nymphæ, lucemq; perosa,  
 Vnum illud, rebus tandem quod restat in arctis,  
 Finem optant, iamq; in fluuium se mergere adortæ  
 Membra reclinabant, & aquas prono ore petebát;  
 Cum subito obriguere pedes: lateq; per imos  
 Exspatiata unguis radix, fugientia tardat,  
 Adspigitq; solo uestigia. tum uagus ipsis  
 Spiritus emoritur uenis, indignaq; pallor  
 Occupat ora: tegit trepidantia pectora cortex.  
 Nec mora: pro digitis ramos exire uideres,  
 Auratasq; comas glauca canescere fronde:  
 Et iam vitalis nusquam calor: ipsaq; cedunt  
 Viscera paulatim uenienti frigida ligno.  
 Sed quamuis totos duratæ corporis artus,  
 Caudicibusq; latus, uirgultusq; undiq; septæ,  
 Ac penitus Salices: sensus tamen unicus illis  
 Syluicolas uitare deos, & margine ripæ  
 Hærentes, medio procumbere fluminis alueo.

FINIS.

f FRAG

FRAGMENTVM EIVS  
DEM AVTORIS.

Optatos iam Euplea mihi circumspice portus,  
 Quo liceat trepidas piscanti includere pradas,  
 Et Zephyris releuare graues spirantibus ætus,  
 Si qua mouet cupidam ueloci gratia cymbæ.  
 Tuq; ades ô nostri merces non parua laboris.  
 Quæ Phæbus mihi, quæ doctæ, mea turba, puella  
 Conciliant: dumq; ipse ratem de littore pello.  
 Da uela insinuans, pelagoq; excurre patenti  
 Pars animæ Pudrice meæ. te nam sua Nereus  
 Per uada, te medio Doris uocat amula fluctu,  
 Dum latè horrifonũ cæpus strepit omnis aquarũ.  
 Lucrinæ ad Veneris templum conuenerat omnis  
 Aenariæ: Prochytæq; manus: Zephyreus opaca  
 Scilicet Aenaria, Prochytæ uenit Euthycus alta,  
 Insignes ambo calamis, & uersibus ambo,  
 Aptus uterq; fretis, piscatibus aptus uterq;  
 Ille hamos uersare, hic retia soluere in æquor.  
 Tũ prior hac Zephyreus: Adeste ô littore ab omni  
 Piscatorum artes, liquidas exquirite sedes,  
 Vertite Tritonum latebras, penetrare recessus  
 Nereidum: nunquam nostros sedabit is ignes:  
 Nunquã me Pholoë, nunquã me Chloris amabit.  
 Ede tuos mecum tandem caya buccina cantus.  
 Testis Cymothoë, testis mihi candida Clotho,  
 Optaui quoties medijs in fluctibus ægiam  
 Projicere hæc animã: quoties ego gurgite in alto  
 Occurri

Occurri monstris immanibus, horrida Cete  
 Ut saltem miseros lacerarent dentibus artus.  
 Ede tuos tandem mecum caua buccina cantus.  
 Omnia tentavi, terras, mare, nubila, caelum,  
 Ventorumq; domos, & tempora quattuor anni:  
 Omnia sed nocuere simul. nos ite puella,  
 Ite Dea pelagi, furys arcesbite nostris  
 Nunc alios succos, aliasq; Melampodis herbas.  
 Ede tuos tandem mecum caua buccina cantus.  
 Non magicos uersus, ignotaq; nomina rerum,  
 Dissimileisq; Deos Erebumq;, Chaosq; refagi.  
 Ipsos quinetiam filo conuoluere rhombos  
 Edidici, parteisq; meas de littore Echinos,  
 De scopulis musci, de fluctibus hausimus unda.  
 Ede tuos tandem mecum caua buccina cantus.



C

Et n

N

Cun

O

At m

C

Fida

E

Nec

Q

Hoc n

Ha

Me pr

Da

Me ra

Et

ACTII SYNCERI  
SANNAZARII NEAPO-  
LITANI, VIRI PATRI-  
CII, ELEGIARVM  
LIBER I.

AD LVCIVM CRASSVM.



**T** Escaëda tenet saxosa rura Petriui,  
Rura olim proavis facta superba  
meis.  
Et Sinuessanas spectas, mea gaudia,  
nymphas,  
Quiq; nouo semper sulphure fumat ager.  
Et modo miraris ueteres in litore portus,  
Nunc Liris gelida quã fluit amnis aqua.  
Cunctaq; felici figis uestigia cura,  
Obseras Latie dum monumenta uix.  
At mihi pagane dicunt syluestria Muse  
Carmina, quæ tenui gutture cantat Amor.  
Fidig; secretis respondet sylua querelis:  
Et percussa meis uocibus antra sonant.  
Nectantum populos, nec tantũ horrescimus urbeis,  
Quantum non iusta seuitiam dominae.  
Hoc uita genus, hoc studium mihi fata ministrant:  
Hinc opto cineres nomen habere meos.  
Me probet umbrosis pastorum turba sub antris,  
Dum rogat agrestem lacte tepente Palem.  
Me rudis indocta moduletur arundine Thyrsis:  
Et tam constanti laudet amasse fide.

Inde super tumulumq; meum, manensq; sepultos  
Tityrus ex edera ferta uirente ferat.

Hic mihi saltabit Corydon, & pulcher Alexis:  
Damaetas flores sparget utraq; manu:

Fluminibusq; sacris umbras inducet Iolas,  
Dum coget saturas Alpheſibæus oueis.

Non mihi Mæoniden Luci, non cura Maronem  
Vincere: ſi ſiam notus amore, ſat eſt.

Quid feret Aeacides nobis, quid cautus Ulyſſes?  
Quid pius Aeneas, Aſcaniusue puer?

Iſta canant alij, quorum ſtipata triumphis  
Muſa uagum e tumulis nomen in aſtra ferat.

At mihi tete auidis liceat uincire lacertis,  
Oſculaq; optata ſumere longa mora.

Et liceat poſita mirari nembra lucerna.  
Noctis & inſolitas neclere blanditias:

Atq; manus, atq; ora tuis componere in ulnis,  
Teq; meo laſſam ſepe fouere ſinu.

Sed quid ego, hei miſero, uentofus inania ſingo  
Somnia, quæ forſan non feret ulla dies?

Felix, qui potuit duram exorare puellam,  
Et capere optati gaudia coniugij.

Ille dies, noctesq; ſuos decantat amores,  
Et recolit Veneris dulcia furta ſue.

Ille etiam liquido perſuſus odore capillos,  
Exercet tenerum nocte iuuantem latus:

Inq; ſinu domina primos reminiſcitur igneis,  
Quos leuiter pennis aureus aſſat Amor.

Nec cupit, Aethiophum qua canent ueller a ſyluis,

Nec, quæ Sidonio lana cruore rubet.  
 Solus habet, fuscis quicquid portatur ab indis:  
 Solus habet ripas aurifer Herme tuas:  
 Et quas cunq; metit segetes fragrantibus aruis  
 Medus, & assiduo sole perustus Arabs.  
 Non auro, aut gemmis miseri torquemur amantes. //  
 Qui dominam poterit fleclere, diues erit.  
 Diues ero ante alios, si te, mea uita, uolentem  
 Sustineam ignota pauper, & exul humo.  
 Nam quid rubra iuuant fulgētibus æquora cōchis?  
 Aut quæ multa niger rura Sabæus arat?  
 Quidue torus prodest, plama spectandus, & ostro,  
 Si non est gremio chara puella meos?  
 Si trahere infelix inter suspiria noctem  
 Cogor, & æternos esse, negare, Deos?  
 Num me neglectis deuouit saga sepulcris?  
 Num rumpunt somnos carmen, & herba meos?  
 Carmen inaccessa traducit ab ilice glandeis:  
 Carmen nocturna suppressit ora canis.  
 Carmen & infirmi pallentem sanguine Solem  
 Inscit, & Lunæ sistit cunctis equos.  
 Quid queror infelix? utinam nisi sola nocerent  
 Carmina, nec nostro pectore inuēset Amor. //  
 Ille uel Aëæ superat cantamina Circes,  
 Ille uel Aemonijs nata uenena iugis.  
 Parce puer: non uana queror: tu uulnere nostro  
 Crescis, & exultas læue cruore meo.  
 Quod si te nostræ ceperunt tædta uita:  
 Ne cæset, quæso, funeris atra dies.

**P**Arde decus patriæ, spes maxima Parde tuorū,  
 Atq; idem Hispani gloria rara soli:  
 Quem iuuat immensi causas exquirere mundi,  
 Primaq; constanti corpora iuncta fide:  
 An magnum eterno uoluatur numine cælum:  
 An propria hoc ingens mole laboret opus:  
 Cur falsi fluctus: cur ignibus aestuet Aetna:  
 Cur uomat epotas uasta Charybdis aquas:  
 Vnde nitore stellis: cur nox maiorue, minorue:  
 Cur non ipsa suo lumine Luna micet.  
 Felix, cœlestis cui fas nunc scandere sedes:  
 In queis post obitum fata manere sinant.  
 At nos per syluas, & sordida rura capellas  
 Versamus: quando Phyllis amare iubet.  
 Et teneris nostros ulmis incidimus igneis,  
 Quos legat errantum cœtus Hamadryadum.  
 Et nunc capreolos, & nunc uenamur onagros:  
 Interdum sauas fallimus arte feras.  
 Sape iuuat piculas uisco captare uolucres:  
 Nec Satyris ipso cedimus aucupio.  
 Quòd mihi si liceat tenui reuocare cicuta  
 Trinacry niueas Vpilionis oueis:  
 Rura colam semper: populi ualeatis, & urbes:  
 Rura dabunt oculis grata theatra meis.  
 Illuc gramineas, pastorum bella, palæstras  
 Aspiciam, & celeri pramia parta pede.  
 Nec me pœniteat sudibus certare columnis,

Aut armare cauis pectora corticibus.  
 Pugnabunt tauri, pugnabunt cornibus hirci,  
 Victores molli cespite ferta ferent.  
 Plenaq; pellitus lustrabit ouilia pastor:  
 Ponet & agricolis rustica lib. a Deis.  
 Stabunt capripedes abiegnio robore Fauni:  
 Stabit & indocta falce dolata Pales.  
 Quorum solenneis ictus cadet agnus ad aras,  
 Ictus, ut innumeras expiet agnus oueis.  
 Tum milium, & niueo statuet fumantia lacte  
 Pocula, uotiuas concipietq; preces:  
 Et ter transfiliet flammanteis potus aristas,  
 Ter quoq; non tardo rustica turba pede.  
 Dii facite, inter oueis, interq; armenta canendo  
 Deficiam, & syluis me premat atra dies:  
 Ut me non docta deploret pastor auena:  
 Utq; sub umbrosa contumuler platano.  
 Osaq; pascentes uenerentur nostra capella:  
 Nec procul à tumulo candida balet ouis.  
 Exultent alij Panchæo munere manes,  
 Et querant Parijs marmora casa iugis.  
 Mi sat erit, ueteres recolat si Phyllis amores,  
 Conserat & uernas ante sepulcra rosas.

## A D A M I C A M.

**N**ulla meos poterit mulier prauertere sensus,  
 Ipsa licet cælum linguat, & astra Venus.  
 Tu puero teneris ignis mihi primus ab annis:  
 Ultima tu tremulo flamma futura seni.

Iam sanxere semel nos inter fœdera diui,  
 Fœdera ad extremos non solūenda rogos;  
 Vt si nostrā tuo superesbet funere uita:  
 (Dij tamen in uentos omen abire sinant)  
 Ipse ego composito uenerarē operta sepulcro  
 Ossa, ferens mœsta thura, merumq; manu.  
 Umbrarumq; sacer custos, tumuliq; sacerdos  
 Concinerem querula tristia uerba lyra.  
 Nec me complexa quisquam diuelleret urna,  
 Quin cineri moriens oscula summa darem.  
 At si (quod potius cupio) tibi fata dedissent,  
 Lumina formosa condere nostrā manu:  
 Tunc, mihi cum charos uultus spectare liceret,  
 Atque anima tecum iam fugiente loqui:  
 Ipsa meos tumulo manes laniata uocares,  
 Inq; tuo legeres ossa minuta sinu:  
 Flebilis & longos scindens ad busta capillos,  
 Clamares nomen iam moritura meum.  
 Tum cineri, & muta persolucens iusta fauilla,  
 Mista dares rutilis lilia cana rosis.  
 Illic mœsta dies, illic consumere noctes  
 Optares, nec te uinceret alter Amor:  
 Sed memor usque uiri, canis ueneranda capillis,  
 Adferres tremulo munera chara manu.  
 O mihi, dum tales tumulo reddantur honores,  
 Tam lentam Lachesis scindat auara colum.  
 Non, ut nostrā nouos Arabū bibat urna liquores,  
 Vltus & Assyrio spiret odore cinis:  
 Aut ut clara mei notescat fama sepulcri,

Altaq; marmoreus sidera tangat apex:  
 Sed magis ut liceat longus audire querelas,  
 Et gerere è lacrymis ferta rigata tuis:  
 Tunc ego Lethea spatiatum in aggere ripa,  
 Quam nitet obtuso lumine falsa dies,  
 Quamq; leuis Cassia nemus, Ambrosiaq; uirentis,  
 Et fortunatos abluit unda greges:  
 Dulcia præterita repetens insomnia uitæ,  
 Ostendam Elysus tot mea dona choris.  
 Felicesq; animas inter felicior ipse  
 Excipiam plausus lata per arua nouos.  
 Atque aliquis comitum, letusq; hilarisq; recentis  
 Sparget humi flores, & mihi ferta feret.  
 Nec contentus eo, fidos extollet amores,  
 Narrabitq; alijs de pietate tua.  
 Sed quoniam tenera uernant nunc leta iuuenta  
 Tempora, & amplexus iungere fata sinunt:  
 Dulcia lasciuo iungamus gaudia lecto:  
 Iam properat martis panda senecta comes.  
 Iam properant rugæq; graues, & serior ætas:  
 Nec dabitur molli ludere posse toro.  
 Interea cupidis neclamus colla lacertis:  
 Vltima iam soluet, cum uolet, hora duos,  
 Dû facite, hæc longos maneat spes certa per annos  
 Candidus & pennis omnia firmet Amor.

AD LVC

AD LVCINAM, PARTVRIENTE

Cornelia Piccolominea, Anto-  
nii Garlonii AllifarumDomini con-  
iuge.

**A**ffer opem tenera tandem Lucina puella:  
 Auxilio, digna est, quam tueare tuo.  
 Te uocat, & madidis solum suspirat ocellis:  
 Et roseo tacitas fundit ab ore preces.  
 Illa quidem insueto languet male firma dolore:  
 Vixq; potest longe tot mala ferre mor e.  
 At tu Diua ueni, tecumq; unguenta reposita  
 Pyxidis, & si qua est, quæ iuuet herba, feras.  
 Sic fientis miseros iuuenis compescere questus,  
 Sic una poteris sorte leuare duos.  
 Lucis adest Dea magna: metû iâ comprime Garlô:  
 Non frustra est lacrymis illa uocata tuis.  
 Da costum, myrrhamq; focis, quæq; orbe remoto  
 Cynnama per rubras nauita uectat aquas.  
 Ipse Deam uenerare, sacras proiectus ad aras,  
 Et genio amosum saepe refunde merum.  
 Sed trepidi cessere metus, cessere querela:  
 Iam parit aduentu tacta puella Dea:  
 Iam puerum est enixa: uides, ut lumine matrem  
 Exprimat? en, tenero quantus in ore decor!  
 Salue parue puer, cui iam felicia vident  
 Secula, cui pharetram sponte remittit Amor.  
 Nam siue auratis humeros armare sagittis,  
 Seu iuuet accensas sollicitare faces,

Seu  
 E  
 Qu  
 I  
 Vire  
 A

**C**  
 Ingra  
 Al  
 Inspe  
 Pi  
 Posci  
 Et  
 Non h  
 I  
 Ille m  
 Et  
 Nec m  
 Ne  
 Quid  
 Qu  
 Iam t  
 Et  
 Ipsa m  
 Inge

Seu potius iactare leues pueriliter alas,  
 Et dare neglectas post tua terga comas:  
 Quis te non Naphys eductum uallibus, aut quis  
 Idalix puerum non putet esse Dea?  
 Vix precor, blandumq; oculis ridere parenti  
 Assueſce, & dulces diſce mouere iocos.

AD IVLIVM SENENSEM,  
 EXVLEM.

**C**Vm mihi languētes dolor oppugnaret ocellos,  
 Cogerer & tristi soluere uerba sono:  
 Ingratos inter gemitus, mœſtasq; querelas  
 Allata est manibus littera miſſa tuis.  
 Inſpexi, agnauiq; tuas, mea numina, Muſas,  
 Pierioſq; hauſtus, Caſtaliūmq; decus.  
 Poſcu, ut iratum placent mea carmina Pbœbum,  
 Et ſteclant duras ad tua uota Deas.  
 Non hoc ingenium, non hæc facundia noſtra eſt:  
 I, precor, atque alio ſlumine pelle ſitim.  
 Ille mihi facileis iam pridem denegat aures,  
 Et uetat arguta tangere ſila lyra.  
 Nec mihi iam ſolito latices de fonte miniſtrat,  
 Nec docet optatos Calliopea choros.  
 Quid petis extinclam dilapſo à torre ſauillam?  
 Quid miſer à noſtro uulnere quaris opem?  
 Iam tibi felici decurrunt carmina uena,  
 Et rapit ad patrium te tua Muſa decus.  
 Ipſa mihi uſa eſt, te lamentante, Thalia  
 Ingemere, & tristi Delius ore queri:

Qualis

Qualis Strymonias olim cum fieret ad undas  
 Orpheus indignis uocibus Eurydicon:  
 Qui cantu Ismarij gelidis in rupibus Aeni  
 Adtonuit quercus, adtonuitq; feras:  
 Saxeaq; Bistonis deduxit montibus, & te  
 Currentem astrictis Hebre repressit aquis.  
 Scilicet egregios semper Fortuna poetas  
 Tanget, & ancipiti deprimet usque rota?  
 Neue sit extremos tantum submotus ad axes  
 Ille, Tomitana qui iacet exul humo:  
 Te quoq; nunc rigidi premit inclementia fati,  
 Longius & patria cogit abesse domo.  
 Sed nisi per magnos queratur fama labores,  
 Omnis in ardentem est abitura rogos.  
 Sic pius Aeneas, sic stirps Laertis Ulysses  
 Maius post cineres emeruere decus.  
 Sic quoq; sublatis Tirynthius undiq; monstris  
 Visit ab Oetæa regna paterna pyra.  
 Et te (crede mihi) tot saeva incommoda passum  
 Virtus sublimi ducet in astra uia.

IN FVNERE SARRI BRANCATII  
 LVCRETIA VXOR.

**E**rgo importuna ruperunt flamina Parca,  
 Stamina lanifica tam bene ducta colo?  
 Ergo ego, quæ fueram tali modo nupta marito,  
 Frigida nunc tristis conqueror in thalamo?  
 Quiq; his dignus erat uitam exhalasse labellis,  
 Occidit externus aduena littoribus?

Felices nimium, fortunatæq; sorores,  
 Quæ datis æternis thura Sabæa focis.  
 O utinã nunquã amplexus, nunquã oscula nossem:  
 Eßem pars ueßtri nempe ego parua chori.  
 Chære uir, audaci nimium confisse iuuenta,  
 Et nimiam lacrymis umbra gemenda meis:  
 Quis te tam densos immittere corpus in hoßtes  
 Iußi? an ad pugnam non satis unus erat?  
 Me miseram, non ulla tua te cura puella,  
 Non subÿt mæßla certa ruina domus.  
 Tu mihi per sanctos solitus iurare Hymeneos,  
 Per non ledendi fœdera coniugij,  
 Te non immemorem charæ fore coniugis unquam,  
 Et si Lethæus tingeret ora liquor.  
 Quin ipsa admonui, ne sic uiolentus in arma  
 Irrueres: eheu quò uiolente ruis?  
 Quò raperis? quò iam noßtri tibi cura recessit?  
 An potes uxoris non meminisse tua?  
 Vix equidem credo, quamuis heu credere cogar.  
 Tam citò pectoribus me cecidisse tuis.  
 Sed cecidi, fœ fors tulit impia, nullaq; pro me  
 Vota salutareis demeruere Deos.  
 Hæctora sic coniux, fœ coniux fleuit Achillem,  
 Sic misera extinctum Laodomia uirum.  
 Nunc mea uirginitas, quando inlibata remansit,  
 Seruetur citæri non uiolanda tuo.

AD DIU

AD DIVVM IACOBVM  
PICENVM.

**S**ancte senex, quem nec sceleris contagia nostri  
 Nec pestum uitij's secla dedere suis,  
 Aequasque magnos qui paupertate triumphos,  
 Tantius amior niuea simplicitatis erat.  
 Sylua tibi sedes, uiridique est cespitibus lectus:  
 Explebant mensas amnis, & herba tuas.  
 Talis erat prisca uictus mortalibus olim.  
 Sed prisca tantum uiuere cura fuit:  
 At te diuersos natura expendere casus  
 Iuuit, & instantibus diuum aperire metus:  
 Submotumque oculis animo percurrere caelum:  
 Quasque tenes sedes, mente adijisse prius:  
 Noscere praeterea cunctarum exordia rerum:  
 Quod nix humanae conditionis erat.  
 Magnum opus, ut prima surgentis origine mundi,  
 Omnia sint senis edita luciferis:  
 Utque pater sancta demum cessare quiete  
 Perfecto artifices iusserit orbe manus.  
 His addis cultusque pios, ritusque uerendos,  
 Cunctaque legifero tradita sacra duci:  
 Quasque suis castae seclis cecinere sibyllae:  
 Quasque sacer uatum spiritus ore refert:  
 Sidereas partus, demissaque pignora caelo,  
 Atque inopes cunas stramineumque torum:  
 Speratumque diu terris, caeloque probatum  
 Verum hominem, uerum mente, animoque Deum.  
 Hinc & supplicium infandum, atque obprobria mortis  
 Clareque

Claraq; de Stygia ducta trophaea domo:  
 Deniq; ut ad patrem populo spectante suorum  
 Cesserit, igniferis praesideatq; locis:  
 Quantaq; nos maneant promissa gaudia uitae:  
 Quantaq; uentura gloria lucis erit,  
 Mirerur, tibi si placidi penetrabile Tonantis,  
 Et patet immensi regia clara poli:  
 Cum tantũ his superas meritis sit scandere in arces,  
 Quã plaga securum lactea monstrat iter.  
 Scilicet inde datur terras spectare iacenteis,  
 Et circumfusi brachia curua maris:  
 Solis & ardenteis radios, lunaq; recursus:  
 Qualiter & pacta stent elementa fide:  
 Nec minus æternis niteant ut sidera flammis:  
 Et peragant uarias noxq; diesq; uices.  
 Felix, qui nostras potuisti linqvere curas.  
 Et procul humanas despicere illecebras.  
 Felices, qui te colles uidere loquentem,  
 Quaeq; tibi gratos praebuit herba toros:  
 Quaeq; arbor, rupesue sacra te fouit in umbra:  
 Et quae nunc manes continet urna tuos.  
 Nam licet incultis fuerit tibi uita sub antris,  
 Nunc pedibus data sunt astra terenda tuis:  
 Attamen o die sancte pater, dic addite caelo  
 Gloria, dic patrie fama, decusq; tuae:  
 Ecquid te solitis mulcet sapientia chartis,  
 Mollis ubi Elysium concitat aura nemus?  
 An iuuat aurata meditantem carmina canna,  
 Neclere purpurea tempora cana rosa?

An mage uirginis sedet inuigilare choreis:  
 Cùm deceat cælo, quicquid in urbe libet?  
 An potius toto superùm spectante senatu,  
 Diluis æthereo crimina nostra foro?  
 Deniq; quicquid agis nitidi nouus incola cæli,  
 Pectoribus nostris non leue numen eris.

AD PETRVM DE ROC-  
 cha forti maximum Regis  
 Galliarum Cancel-  
 larium.

QVòd pectus tibi forte, & ardua pectoris arx est,  
 Quòd forti dignum pectore nomen habes:  
 Quòd leges sua iura tenent te iudice, quodq;  
 Omnia uirtuti peruia facta tuæ:  
 Autumni sedem, chelasq; Astræa reliquisi,  
 Adueniq; tuos nôster alumne lares.  
 In cunis ego te, si nescis, sedula foui.  
 Reptasti gremio sarcina grata meo.  
 Ipsa tuos sinxi mores, animumq; manusq;:  
 Ingeniumq; sagax, iudiciumq; dedi.  
 Hinc nostri cultusq; frequens, optandaq; rerum  
 Cognitio, hinc fidei nomina tanta tuæ.  
 Ad te igitur duplices subnixo poplite palmas  
 Insuetis tendo sollicitata malis:  
 Ne patiare meas Latio languescere uires.  
 Pendet ab auxilio spes mea tota tuo.  
 Deprimor audacis inter derisa ministros:  
 Nec fas ingenuum tollere ad Astræa caput.  
 Quodq; diu partum est uirtute, & fortibus armis  
 Imper

Imperium, sed de seruit auaritiæ.  
 Nec mirum, uestro tantum cum distet ab orbe,  
 Terraq; censura sit procul illa tua.  
 Quis credat? teclis ciues pelluntur anitis,  
 Adrogat iniustas dum sibi fiscus opes,  
 Fiscus opes miserorum hoc est, heu, parcere uiclis?  
 Hoc est Ausonio reddere iura solo?  
 Cogitur infelix alienas ire per oras  
 Nobilitas, patrijs expoliata bonis:  
 Culpaturq; fides domino seruata priori,  
 Et maris, & terra non labefacta minis.  
 Scilicet est crimen duram contemnere mortem:  
 Scilicet est Reges crimine amare suos.  
 O bene fortune memores, quicumq; superbas  
 Gentibus à uiclis abstinuere manus.  
 Nam quamuis sauos illectet præda tyrannos:  
 Magnanimos Reges gloria sola iuuat.  
 Delentur nullos hominum benefacta per annos,  
 Quaq; licet faciunt nos ratione Deos.  
 At si quis seræ spernit præconia fame,  
 Quercubus Alpibus aduenerare potes.  
 Ergo tu, Regem cui fas lenire potentem,  
 Da desiderijs uela secunda meis.  
 Effice, iustitia soliti reddantur honores.  
 Dignus te altricem qui tueare tuam:  
 Sed soror ut nostros æquet Clementia fasces:  
 Qua sine dura nimis, difficilisq; uocer.  
 O decus, o lapsi spes constantissima seclis,  
 O uir fortuna fortior ipse tua.

*Sic tibi contingat, Solyma de gente triumphum,  
 Captaq; per nostros signa videre duces.*

*Sic Rhodanum Nilo species dare iura subactio:  
 Perq; Araris ripas plurima laurus eat.*

*Hoc ego te, mecum hoc Phœbus, doctaq; Sorores,  
 Hoc pietas, hoc ius, nobilitasq; rogant.*

DE STUDIIS SVIS, ET LIBRIS  
 IOVIANI PONTANI.

**Q***ui primus patrios potuit liquisse penates,  
 Et maris, & longa tadia ferre uia,  
 Quem non mœsta domus, quæ non reuocare parëti,  
 Non potuit fufis blanda puella comis:*

*Impius, & scopulis, & duro robore natus,  
 Atq; inter Tygres editus ille fuit.*

*Non mihi circumstat solidum præcordia ferrum:  
 Nec riget in nostro pectore dura silex:*

*Vt possim dulcesq; lares, limenq; puella  
 Linqvere, & ignoto querere in orbe domum.*

*Sed Phœbi sacros cogor lustrare recessus,  
 Vocalemq; undam, Thespiadumq; choros:*

*Vt fugiam nigras supremo in funere flammæ,  
 Et uolitem populi docta per ora mei:*

*Meq; inter claros attollat fama poetas,  
 Nec rapiat nomen nigra fauilla meum:*

*Et nostro celebrata superbiat umbra sepulcro,  
 Spernat & è Pharijs marmora casa iugis:*

*Non tamen ut magni tumulum tentare Maronis  
 Audeat, aut tantum speret habere decus.*

*Sed*

Sed quis tam niueis uellat mea colla lacertis?  
 Quis uetet optato membra fouere sinu?  
 An tanti fuerit sacro Parnassus hiatu,  
 Perq; suas passim templa habitata deas:  
 Ut tibi sit nitidos lacrymis corrumpere ocellos:  
 Discessumq; fleas chara puella meum?  
 Ah pereat, quicumq; leuicis seclatur honores,  
 Et sequitur famæ nomina uana suæ.  
 Tecum ego nocturnis dubitem cessare chorcis?  
 Tecum ego conspersa gaudia inire rosa?  
 Deductumq; leui crinem persunderè amomo?  
 Et noctem insolitis ducere blanditijs?  
 Scilicet & Turcas Pontanus in equora classet,  
 Alfonsi & fortes ducat in arma manus,  
 Qui nunc nascentis canit incunabula mundi,  
 Aureaq; æthera sidera fixa domo:  
 Utq; imbres, lapidesq; pluant, ut nubibus ignes  
 Exiliant, falsas ut mare uoluat aquas;  
 Hesperidumq; hortos, excussa q; poma draconi,  
 Rusticaq; ad primos munerà missa toros:  
 Delicias Lepidina tuas, resonansq; uicissim  
 Pastorum argutis carmen arundinibus:  
 Qualiter & fuluis radiet Sertorius armis,  
 Et Pompeianus prælia tentet eques:  
 Audeat arguto neu quis contendere uersu,  
 Ille uel æterno digna Marone sonat.  
 Te pater irriguis audit Sebethus in antriu,  
 Iurgia ad ingratas dum iacis ipse fores.  
 Inde uocas sacrum sedas Hymenæon ad aras,

Optati referens fœdera coniugij:  
 Utq; tuis primum surgens complexibus uxor,  
 Visa sit erepta uirginitate queri.  
 Felix, qui fidos expertus coniugis ignes,  
 Vidisti sobolis pignora certa tuæ:  
 Neniolasq; rudes cecinisti, & blanda parentis  
 Oscula, & ad cunas murmura nata suas.  
 Felix, excultum torsit quæ Fannia uatem,  
 Quæq; illi regnum Cinnama subripuit.  
 Quamuis dissidij leges patiantur amaras,  
 Spectabunt cineres nomen habere suos.  
 Eridani post hæc sed te quis credet ad amnem  
 Populea canas fronde ligasse comas?  
 Et stellam cecinisse, atq; impendisse querelas,  
 Spectandos cum iam uix daret illa pedes:  
 Baianosq; sinus, myrtetaq; cognita nymphis,  
 Clausaq; sulphureis antra recurua iugis:  
 Tum superum laudem, mutisq; incisa sepulcris  
 Nomina, collapsos & reparare rogos:  
 Deniq; Pindaricosq; modos, resonantia pleetra,  
 Et Methymnææ sila nouasse lyra:  
 Cum tamen interea motus, atq; agmina Regum,  
 Bellaq; Campanæ discutis historia.  
 Quin & iucundo distringis secula morsu,  
 Dum uaser in Stygio disputat amne Charon.  
 Varronisq; tui, Nigidiq; exempla secutus,  
 Grammaticæ haud spretas incipis ire uias.  
 Carminis hinc numeros nostris depromis ab ausis,  
 Dignatus pueri uerba referre senex.

Quid

Quid loquar, ut sacros Mariani exhauriat annes  
 Aegidius, uerum dum caput ore Deum?  
 Aut apta ingratos taxet sub imagine mores,  
 Qui super infusas spernit Asellus aquas?  
 Te iuuenesq; senesq; colunt praecepta ferentem,  
 Parthenope spreto quæ Cicerone legit:  
 Ex adytis quicquid diuûm sapientia pandit,  
 Et Stagera tui dogmata firma senis:  
 Quid deceat fortemq; uirum, quæ Principis artes,  
 Largificæ præstet quæ dare dona manu:  
 Parendi leges quæ sint, legesq; loquendi:  
 Edat ut argutos lingua diserta sales:  
 Quid fortuna homini, quid det prudentia, quatum  
 Immanes animos incitus ardor agat:  
 Magnanimiq; uiri quæ sint ad singula partes,  
 Sive colat pacem seu fera bella gerat.  
 Nec fugis aëstorum causas aperire latenteis  
 Et Ptolemæei fata reposita poli.  
 Salue sancte senex, uatum quem rite parentum  
 Præfecit terris Delius Ausonij.  
 Non te Lethææ carpent obliuia ripæ,  
 Nec totum in cineres uertet auara dies.  
 Nec tibi plebeio ponetur in aggere bustum.  
 Nilicætas dabitur uincere Pyramidas.  
 Quid tibi uictrices expectas Umbria palmas?  
 Mœnibus has patriæ rettulit ille meæ.  
 Ille suis longum studijs, & laude fruatur:  
 Me inuict in domina consensisse sinu.

AD IOANNEM SANGRIUM Patricium Neapolitanum, de suo immaturo obitu.

**S**I me saeuus Amor patrÿs pateretur in oris  
 Viuere, uel saltem matre uidente mori,  
 Ut quæ uix uno nunc sunt ingesta libello,  
 Essent illa suis continuata locis:  
 Forsitan immites potuissem temnere Parcas,  
 Duclaq; de pulla tristitia pensa colo:  
 Nec me plebeio ferret Libitina sepulcro,  
 Aut raperet nomen nigra fauilla meum.  
 Nunc cogor dulcesq; lacus, & amœna uireta,  
 Pieridumq; sacros destituisse choros:  
 Nec pote, quæ primis effudit Musa sub annis,  
 Emendaturo subdere iudicio.  
 Sic heu, sic teneræ sulcis refecantur arista:  
 Implumes nido sic rapiuntur aues.  
 Prò superi, tennes ibit Syncerus in auras?  
 Nec poterit nigri uincere fata rogi?  
 At tu quandoquidē Nemesis iubet, optime Sangri,  
 Nec fas est homini uincere posse Deam:  
 Accipe concussa tabulas, atq; arma carina,  
 Naufragyq; mei collige reliquias:  
 Errantesq; cie quocunq; in littore manes,  
 Taliaq; in tumulo carmina cade meo.  
 Actius hic iaceo: spes mecum extincta, quiescit:  
 Solus de nostro funere restat Amor.

IN MALEDICOS DE-  
TRACTORES.

**Q**uid ruis in sacros temeraria turba poëtas?  
 Seuaq; mordaci praelia dente moues?  
 Desine sacrilega conuitia fundere lingua,  
 Desine, pro populo stat Deus ipse suo.  
 Quis nouus in furias armat dolor? ite profani  
 Ite, nec immeritas conscelerate Deas.  
 An monet hoc Stygijs immerisus Scuccha lacunis,  
 Dum fiens Eumenidum uerbera torta timet?  
 Illum olim tinctæ iuuerunt felle sagittæ:  
 Nunc miserum facti pœnitet usq; sui.  
 Parcite tam chari manes uiolare parentis:  
 Per supra, & talos per cyathosq; rogo.  
 Ars sua queng; iuuat: non uos Heliconâ subire,  
 Non fas uirginei polluere amnis aquam.  
 Scilicet hanc sumpto Iouiani Musa cothurno  
 Hauriat, & magno digna Marone sonet.  
 Cui comes intacte lustrans sacraria sylvæ  
 Attilius, docto pectore carmen hiet.  
 Nec minus & Musæ repetens monimenta iocose  
 Compater, argutos ingerat ore sales.  
 Elysiusq; hederâ comptus florente capillos,  
 Rara, sed Aonijs concinat apta choris.  
 Extendatq; armis titulos Aquiuuius auitos,  
 Et doceat nostras cernere castra Deas.  
 Ipse suæ referat Cabanilius ardua Troiæ  
 Mœnia, & antiquos, Appula regna, lares.  
 Quiq; uelut tenera surgit nouus arbore ramus.

Coruinus, quauis aure probanda canat.  
 Et qui Pierijs resonat non ultimus antris  
 Albinus referat Principis acta sui.  
 Tu quoq; quid cessas doctus desistere querelis  
 Excidium patriæ culte Marulle tue?  
 Quiq; tot egregias animas, tot clara uirorum  
 Ingenua emixu format, alitq; suo,  
 Neclat honorata Maius sua dicta corona,  
 Tamq; pias ferulas, regia sceptrâ uocet.  
 Quin & rite suos genio Chariteus honores  
 Prebeat, & festas concinat arte dapes.  
 Aelius at blande fretus dulcedine lingua,  
 Facunda totos conterat arte dies.  
 Nec te iam pudeat uenturo ostendere seculo  
 Eloquij uires Scala diserte tui.  
 Certent Socraticis Zenonis scripta libellis,  
 Cuius apis uernos intulit ore fauos.  
 At tu Castalijs non inficiande choreis,  
 Castalidos Carbo nunc cane regna tue.  
 Te quoq; quem gemina mulcet sapientia lingua,  
 Parde, iuuet studijs inuigilare tuis.  
 Atq; alij, quorum doctas it fama per aures,  
 Extremo properent uincere fata die.  
 Nos quoq; si magnus non auersatur Apollo,  
 Cantemus Nymphas, capripedesq; Deos.  
 Nam bene Thesptacas, liuor licet audiat, undas  
 Nouimus, & dextro pressimus antra pede.  
 At uos incautis focijs aconita parate,  
 Et furtis miseris extimulate domos:

Oed  
 S  
 No  
 P  
 He  
 N  
 Nam  
 P  
 Dir  
 P  
 Nim  
 P  
 Fallo  
 M  
 Heu  
 Ta  
 Dÿ p  
 Ap  
 Litto  
 Me  
 Vosq;  
 An  
 Vltri  
 Au  
 Et uos  
 Nu  
 Parcit  
 Iud

Oedipodisq; modo, thalamos fudate paternos,  
 Si modo dat certum uulgus habere patrem:  
 Nocturnisq; dolis agitate, & cadibus urbem,  
 Perq; fora infestam red dote, perq; uias.  
 Hæc studia, has artes primis didicistis ab annis,  
 Non Aganippæe tangere fila lyre.  
 Nam neq; Calliope uobis, nec dexter Apollo  
 Permissi sanctos exhibuere lacus:  
 Diræ sed Alcæto gemina comitata sorore  
 Pocula cænoza de Phlegethonte tulit.  
 Nimirum hinc nigro mores, & carmina tabo  
 Pallent, & sædo liuor in ore sedet.  
 Fallor, an hos nobis misit grauis Actna Cyclopes;  
 Mitis & hanc sentis tu quoq; terra luem?  
 Heu mea Parthenope, quæ te contagia lædunt?  
 Talia tu nunquam gignere monstra soles.  
 Dÿ patrÿ, quorum monitis huc aduena classis  
 Appulit, Euboicas constituitq; domos:  
 Littoribus talem nostris auertite pestem,  
 Mænia felici si posuistis aue.  
 Vosq; umbrae infantes, quas iam letæle uenenum  
 Ante diem Stygias ire coëgit aquas:  
 Ultrices huc ferte faces, fumoq; sequaci  
 Autores uestre sollicitate necis.  
 Et uos ô uatum certissima numina, Musæ,  
 Numina carminibus non uiolanda meis,  
 Parcite, si uestras nunc primam læsimus aures:  
 Iusta lacepsit a sumpsimus arma manu.

## ACTIISYNCE RI

## SANNAZARI ELEGIARVM

Liber II. ad Alfonsum Ferdinandi

filium Aragonium Siciliae

Regem.

ALFONSE, inuito laus accessura  
parenti,

Hesperios inter nō leue nomē auer:

Quid me laudatos Parnassi mitti  
ad amnes?

Obruitur largo flumine nostra sitis.

Gloria Vergilio est, currus, atq; arma referre:

Nasonis medio fata in amore mori.

Battiaden docti sectatur Musa Properti:

Flaccus Pindaricos diuidit aure modos.

Passeris exequias fractio canit ore Catullus.

Tu nemesim laudas culte Tibulle tuam.

Omnia non uno desudant eseda campo:

Noster in exiguo tramite currit equus.

Si me Castalia docuisset Phœbus in umbra,

Oraq; Gorgonea nostra rigasset aqua,

Meq; uel Aeschyleo donasset Musa cothurno,

Et foret in nostro grandior ore sonus:

Non ego Phasiacis canerem certamina pubis,

Aequora non prima sollicitata rate,

Non coniuratos subuertere Pergama Reges,

Non Troiae profugos post duo lustra deos,

Thebanasue acies fratrumq; immitia bella,

Suaq;

*Sæuaq; discordi funera raptâ pyra:*  
*Teg; tuosq; meo celebrarem carmine: nec me*  
*Pignore tam grato dulce graualet onus.*  
*Nam canerem uictosq; duces, Hispanaq; regna,*  
*Horridaq; à proavis bella peracta tuis.*  
*Demissumq; genus antiqua ab origine Regum,*  
*Quantaq; magnanimi gesta feruntur aui,*  
*Dum Libya tractus, ueteres Carthaginis arces,*  
*Lotophagum dites & populatur agros:*  
*Regine accitu mox Itala regna secutus,*  
*Chalcidicasq; arces, Parthenopenq; subit.*  
*Sed quoniam instabiles animos muliebria uersant*  
*Pectora, suspectos deserit ille lares,*  
*Ac patrie petit arua suæ, nec longâ moratus*  
*Vltiores rursus ducit in arma Deos,*  
*Obsessamq; intrat nymphis comitantibus urbem,*  
*Qua per operta uagus labitur antra liquor,*  
*Aurea quin illo dicunt sub Rege fuisse*  
*Secula: felices, qui meruere frui.*  
*Quid patris inuictas acies, quid concita dicam*  
*Classica per campos Daunia terra tuos:*  
*Disiectosq; duces, populataq; castra, neq; ullis*  
*Clara magis Regum prælia temporibus?*  
*O mihi supremos si Parca indulserit annos,*  
*Quanta canam, quantus uox mea plausus erit?*  
*Tunc ego Meonios ausim perrumpere fontes,*  
*Sæuaq; terribili bella tonare tuba.*  
*Vtq; alios sileam, tua fortia facta referrem,*  
*Prouerentq; animos tot monumenta meos:*

Ut puer extremas regni percurreris oras,  
 Lustratis referens premia littoribus:  
 Et male pacatos sedaueris antè tumultus,  
 Quam patrijs hostes sinibus expuleris.  
 Primus honos, forti defensos milite Locros  
 Seruasse, & muros urbs Melibœa tuos.  
 Necnon Marte pari summus Caulonis in arces  
 Venisse, inq; suo templi sacrata iugo,  
 Tempa Deæ uastis late quæ præsedet undis,  
 Vna Iouis coniux sida sororq; Iouis.  
 Testis Chratidis erit, testes Sybaritides unda,  
 Oraq; quæ fluctus prospicit Ionios.  
 Adde quod Hetrusios oppleueris agmine campos,  
 Et tibi captiuus fluxerit Arnus aquis:  
 Totq; pharetratas, Turcarum corpora, turmas  
 Ausonjs dederis manibus inferias.  
 Grætia djs Italjs, prærupta Ceraunia, & arces  
 Burtoti nostras pertinuere minas:  
 Captiuumq; ducem, fractosq; aspeximus arcus,  
 Detulit huc domita quos tua classis aqua.  
 Hinc Ligurum furias, compiessaq; iurgia ferro,  
 Gallicaq; in partes oppida uersa duas.  
 Ipse ego quæ uidi, referam: scit Thuscula tellus,  
 Quæq; cadit summo Lympha Aniena iugo.  
 Nam duce te, Latios ferro dum subruis agros,  
 Tempora militia prima fuere meæ.  
 Bis Nomentanas, bis magni Tyburis arces  
 Vidimus ad nostros proijcere arma pedes:  
 Cum iam sit mediâ tripidatum penè Suburra,

E  
 Nec  
 Fr  
 Par  
 Si  
 Lan  
 Te  
 Nam  
 Fo  
 Ille s  
 Co  
 Meta  
 Fu  
 Dicit  
 Et  
 Ipse q  
 Ri  
 Heu  
 Ca  
 Iam n  
 Nu  
 Hort  
 He  
 Hos ta  
 Alfo  
 Macle  
 Auf  
 Quid  
 Per

Et Capitolino uota parata Ioui.  
 Nec semel (ut fatear) Collina ad limina porta  
 Fregimus armatos reppulimusq; duces.  
 Parce tamen ueneranda parens, si iusta secutus  
 Signa sub Alfonso: Rex erat ille meus.  
 Lanuium infelix, fati contraria nostris  
 Terra, potes certas tu uariasse uices.  
 Nam quod ad hostileis flexit uictoria partes  
 Fortuna magis hoc, quam fuit artis, opus.  
 Ille sed Eridani ripas non fractus in altas  
 Contendens, charæ regna sororis a dit:  
 Metatusq; locum castris, Insubria passim  
 Fudit, & Euganeis agmina missa iugis.  
 Dicite iò populi, turmas spectastis ouanteis,  
 Et per ueltrices fœdera iuncta manus.  
 Ipse quoq; haud sileat quos cedere Farfarus hostes  
 Risit, & exutum uertere terga ducent.  
 Heus ubi nunc Roberte tua uocesq; minaq;  
 Campani peteres cum tibi iura soli?  
 Iam nostros Reges, iam sternere cuncta parabas:  
 Nunc fuga degeneres arguit ecce metus.  
 Hortariq; tuos dimittere signa maniplos,  
 Heu pudor, & longa pramia militiæ.  
 Hos tamen ille pius, quamuis diuersa secutos,  
 Alfonso miti fouit, & auxit ope.  
 Macle animo custosq; hominũ, macle optime Rege  
 Ausonia tu sol, tu pater unus ades. (gum  
 Quid memorem paciũq; artes, belliq; labores,  
 Perpetuumq; animi tempus in omne decus?

Sed me formosæ deterrent iussa puellæ,  
 Ne possim tantis inuigilare choris:  
 Et uetat asper Amor dulces contemnere curas,  
 Cogit & inuiso subdere colla iugo.  
 Nec profunt lacrymæ, nec uerba precâtia mortem:  
 Ille suas in me concutit usque faces.  
 Quare si nostri ueniet tibi nuntia leti  
 Fama, triumphales iam prope siste rotas:  
 Atq; hæc ad cineres mærens effare sepultos:  
 Scauitia domina rapte Poëta iaces.

IN FESTO DIE DIVI NAZARII  
 martyris, qui Poëtæ  
 natalis est.

**E**Cce mihi totum lux expectata per annum  
 Iam redit, Aoniæ ferta nouate Deæ.  
 Hæc me uitales genitum pro duxit in auras,  
 Iussit & erectum tollere ad astra caput.  
 Nunc mihi purpureis aram cumulate Hyacinthis:  
 Cingite & intexta limina nostra rosa.  
 Sic etenim coluisse decet geniumq; laresq;:  
 Ferte coronato thura, merumq; foco.  
 Tuq; apio innexos dudum acceptura poëtæ,  
 Splendida solenneis instrue mensa dapes.  
 Hic mihi Puniceo Pontani Musa cothurno  
 Incipiet posito carmen hiare mero:  
 Naturæq; uias, teneriq; exordia mundi  
 Proferet, & certa cuncta obitura die.  
 Crassus at aeterno frondis redimitus honore,

Soluat Pierijs ora rigata modis:  
 Et mihi Linternumq; uetus, placidumq; Perinum,  
 Ostendatq; atau regna opulenta mei:  
 Regna male ad seros, heu, peruentura nepotes,  
 Dum uersat uarias fors inimica uices.  
 Altiliusq; nouos superis laturus honores,  
 Pindarica feriat carmina docta lyra.  
 Sfortiadum mox dicat, Aragoniosq; hymenæos:  
 Iure quibus cantus æquet Homere tuos.  
 Nec gemat exilium Spartani Musa Marulli,  
 Ventura ad nostras ingeniosa dapes:  
 Verba sed antiqua reddat, numerôsque Lucreti:  
 Dum magnis diuos laudibus accumulât.  
 Adde tuos Puderice salês, adde inclÿta patris  
 Eloquia, adde animo tot bona parta tuo.  
 Iamq; Panhormitæ lusûs, & scripta recense,  
 Et Iouianæe tempora amicitia:  
 Hos inter meritis rediens Aquiniuus ab armis,  
 Prodat honoratæ præmia militiæ:  
 Atq; chori princeps docti argumenta Plutarchi,  
 Cumq; suis referat dogmata principijs.  
 Ipse autem haud dubitet Cabanilius acta referre  
 Vel sua uel magno iuncta parentis auo.  
 Nec Phæbo minus ipse suo, quàm Marte probatus,  
 Phocaico pexas tingat in amne comas.  
 Tu quoq; quem iuuenè ueneror dulcissime Garlon,  
 Incipe iam doctæ plectræ mouere manu:  
 Alliasq; tuas mihi concine, dum uaga Lunam  
 Sidera per tacitum nocte sequuntur iter.

Talibus auspicijs geniales ducere canas,  
Thespiadumq; modis concelebrare iuuat.

IN CALENDIS IANVARIIS,  
AD FVSCVM.

**E**Xoritur lux alma, caput sol detegit aureum:  
Qui toties nostros exhilarauit anos.  
Exoritur; redit ecce anni melioris origo.

Quisquis ades, sancta concipe uoce preces.  
Cingantur de more sacris fastigia templis,  
Quæ uaga Sebethi Nais ab amne loquit.  
Ipse sui Ianus præpandat limina templi:  
Cui geminum liquido stillet odore caput,  
Illius & castas sument pia thura per aras:  
Atq; focos supra stet, uideatq; suos:  
Nuntiet & tibi Fusce nouos uirtutis honores,  
Iam reor hæc æquum uata fouere tuum.  
Nec magis optauit, quas Lydiæ amnis arenas,  
Quas uoluit flauis lympha superba Tagi.  
Nec magis uberibus quicquid sibi colligit aruæ  
Modus, & aspiduo sole perussus Arabs.  
Istæ precor: Latys utinam discedat ab oris  
Hostis, & indecari nictus oberrat equo.  
Victus Hydruntinas cogatur lingua re terras,  
Et plangat nostram sanguinolentus humum.  
Hæc ueniet lux Fusce tuis latissima uotis,  
Cum pax optatas ducet in urbe moras.

## IN MORVM CANDIDAM.

**N**Vnc Erato uirides capiti subnecte corym-  
bos,

Profer & aurate sila canora lyra.

Arboris umbriferæ casus referamus acerbos.

Non erat hæc nostro fabula nota solo:

Audiat, & molli cantantes protegat umbra

Ipsa,

Olim Baianis fuerat pulcherrima syluis

Naias, errantes figere docta feras.

Quam liquidus clausis Lucrinus sepe sub antris

Optauit lateri iungere posse suo.

Nec semel illius pharetram laudauit, & arcum

Pastorum incultis fistula carminibus.

Testes Cumææ, testes Linternides unda,

Sanctæq; Gauranæ numina Hamadryades,

Illam Sylvanos, Panæsq; odiße bicornes,

Et quoscunq; colit sylua, nemusq; deos.

Sed quid fata parant? solitis Morinna redibat

Montibus hoc illi nomen, & omen erat:

Cum subita calum texit caligine nymbus,

Et multa canam grandine fecit humum.

Illa hyemem fugiens, diuersa per arua cucurrit,

Tecta caput fertis grandine tecta caput.

Vallis erat prope sulfureos male peruia montes,

Candida quam Graio nomine signat humus.

Hanc super excisis pendebat cautibus antrum,

Agricolùm hirsutis nota domus gregibus.

Pugnantes, huc forte coegerat impiger hircos

Semideusq; caper, semicaperq; Deus.  
 Quem procul ut uidit Nymphæ, sic pectore toto  
 Insequitur, tales & iacit ore sonos:  
 Quò properas ah dura, measq; ingrata querelas  
 Despicias? aspectus ne fuge Nymphæ meos.  
 Mecum capreolos, mecum uenabere damas:  
 Parebit iussis hoc pecus omne tuis.  
 Nil est, quod fugias: mihi crede, recentia semper  
 Pocula de niueo fagina lacte madent.  
 Semper piæta rosis, semper contexta ligustris.  
 De nostro poteris munera ferre sinu.  
 Dixit, at illa uolans celeres præuertitur auras,  
 Imbre nihil motos impediende gradus.  
 Iamq; patens tristesq; lacus, sterilemq; paludem,  
 Consitaq; arbutis non minus arua nouis,  
 Adspicit exesi longe sub faucibus antri  
 Obscurum cæco puluere noctis iter.  
 Huc, tanquã in latebras se conijcit, haud minus illæ  
 Insequitur præde tractus amore suæ.  
 Iamq; patens cælum rursus, Solemq; uidebat,  
 Liquerat & montem post sua terga cauum:  
 Dextra pontus erat, præruptuq; saxa sinistra:  
 Et iam defessam, iamq; premebat amans.  
 Protinus exclamans, Fer opem mihi Delia, dixit:  
 Oraq; supremo diriguere sono.  
 Attulit auxilium Nymphæ Dea, seq; uocanti  
 Præbuit: illa cadens sponte recumbit humi:  
 Fitq; arbor subito: Morum dixere priores,  
 Et de Morinna nil nisi nomen habet.

Pes in radicem, in frondes iuere capilli,  
 Et quæ nunc cortex, carula uestis erat.  
 Brachia sunt rami, sed quæ nitidissima poma,  
 Quas male uitasti Nypha fuere niues.  
 Fleuit Misenus, mutatum fleuit Auernus,  
 Fontibus & calidis ingemere Dea.  
 Quinetiam fleuere suis Sebethides antris  
 Naiades, & passis Parthenopea comis.  
 Sed tamen ante alios lacrymas in stipite fudit  
 Faunus, & hæc tristes addit ad inferias,  
 Inter syluacotas ò non ignota serores,  
 Nunc morus, duris candida corticibus:  
 Viue diu, & nostros semper tege fronde capillos,  
 Cedat ut ipsa tuis pinus acuta comis.  
 Tu nunquã nusera maculabere sanguine Thyset,  
 Immemor heu fati ne uideare tui.  
 Tu, nec fata negant, niueis uberrima pomis,  
 His olim stabis frondea limitibus:  
 Et circum pueriq; canent, facilesq; puellæ  
 Ducentes festos ad tua sacra choros.  
 Hactenus insigni cecinit testudine Musa:  
 Aomiasq; uolans lata reuisit aquas.

## AD BACCHVM.

**B**acche bimater ades: sic sint tibi nexa corymbis  
 Cornua, sic nitidis pendeat uua comis:  
 Seu te nunc Thebæ, seu te nunc Ismarus horrens,  
 Sive habet umbrosis Naxos amica iugis.  
 Huc pater, huc propera frondenti candidæ thyrsò.

Huc potius gressus dirige Bacche tuos.  
 Sed pallamiam pone grauem, pictosq; cothurnos,  
 Et musto teneros tu quoq; tinge pedes.  
 Tecum etiam Dryadesq; Deæ, Satyriq; bicornes  
 Adsint, & calamos, concauaq; ara sonent.  
 Raucaq; sub ductis percurrant tympana palmis,  
 Bassaridum fufis turba uerenda comis.  
 Quas male festinans Silenus pone sequatur,  
 Et procul ut mancant, subsidiantq; roget.  
 Tum secum auriti fatum deploret aselli,  
 Incedet ferula dum titubante senex.  
 At Deus hortorum, cui uertice fixa rubenti  
 Canna tremit, seu a falce repellet aues.  
 In medio crater calato maximus auro,  
 Spumet inexhaustum, Lesbia dona, merum:  
 Et circum de more tuas caua tibia laudes  
 Intonet, appositas concelebreteq; dapet.  
 Ipse ego perq; uias urbis, perq; omnia passim  
 Compita, perpetuo sacra colenda feram.  
 Ipse Gigantæo referam memorata triumpho  
 Nomina, & ouanteis, Orgia leta choros.  
 Nec sileam fuscas acies, Gangetica regna,  
 Gestaq; odoratis prælia litoribus.  
 Mox thalamos Ariadna tuos, sedasq; iugales,  
 Quaq; nitet medio fixa corona polo:  
 Iamq; pius ritus, indictaq; sacra frequentans,  
 Insituum uiugas fronde uirente tegi:  
 Incendamq; tuas uates tam magnus ad aras,  
 Quam nec Vergilius, quam nec Homerus erat.

Tu mihi sancte pater mordaces exime curas,  
 Nubilaq; annofo pectora solue mero.  
 Tu mihi securos adige in precordia somnos:  
 Afflatuq; iuua lumina fessa tuo.  
 Scinius enim quantos inuente etate laboreis  
 Pertuleris, quantos fulminis igne metus.  
 Infelix Semele quid munera posesis amantem,  
 Quae tibi; quae nato sunt nocitura tuo?  
 Posce Iuuen, quae digna tuis sint premia uotis,  
 Posce: feret uotis premia digna tuus.  
 Non tibi syluicolum proles de plebe decorum,  
 Sed cui sint Phaebus, Mercuriusq; pares.  
 Sed quam Saturnus non dedignetur ab alto  
 Noscere, quam lato Iuppiter ore probet.  
 Salue chara patris soboles, mitissime diuum:  
 Salue hominum requies, laetitiaq; parens:  
 Et faciles (si iusta peto) mihi prospice Musas:  
 Et me pacato numine dexter adi.

AD LVDOVICVM MONTA-  
 lium Syracusanum, Caroli Cæ-  
 saris scrinii magi-  
 strum.

**M**ons altus nomen clarum tibi, siue niuosis  
 Nascenti dederit fertilis Aetna iugis,  
 Seu lastrata uagis Nebrodus saxa Napæis,  
 Siue Dioneo numine clarus Eryx,  
 Seu quòd Olympiaco reptaris uertice, teq;  
 Pertulerit placido blanda Aethusa sinu:

Nobile frondoso defluxit nomen Olympo,  
 Elci referens sacra uetusta Iouis.  
 Seu mage quòd celsas puer exuperaueris Alpes,  
 Dum patet in laudes Belgica terra tuas:  
 Oceaniq; petis non explorata Britanni  
 Murmura, nec canæ Tethyos antra times:  
 Exhaustos præferret ut illa etate labores,  
 Aëria nomen uenit ab Alpe tibi.  
 Quicquid id est, quicumq; huius tibi nominis autor  
 Mons, & inaccessi uerticis asperitas:  
 Non mores, non facta, sed altae mentis acumen  
 Vidit, & ingenij præuia signa tui.  
 Nam licet ipse animo nubes, & sidera uincas,  
 Cunctaq; sint sensu pene minora tuo:  
 Non te per duros aditus, rupeisue fragosas,  
 Sed per floriferum uallis adimus iter,  
 Vallis, perpetuo quam uelut gramine riuus,  
 Et quam uicini littoris aura fouet.  
 Hoc est, hoc (mihi crede) deos æquare merendo:  
 Hoc est æterni sceptrum tenere Iouis.  
 Cætera mortaleis inter peritura labores  
 Desere, & hoc unum uita sequatur opus.

AD IUNIANVM MAIVM  
PRAECEPTOREM.

**C**um tibi Baianæ spectantur ab æquore nym-  
 Stagnaq; uicinis hospita littoribus: (pha,  
 Quæ uetus Herculeos perduxit semita tauros,  
 Longius excluso concita claustra mari,

Quaqs

Quaq; iacet Baulos inter lucumq; Sibylla,  
 Et Prochyta reclusum per iuga tendit iter:  
 Nos hic (ut nosti) dura parere puella  
 Cogimur, & tristes ducere in urbe moras.  
 Nec tamen aut studius animum intendisse seueris,  
 Aut prodest sanctas excoluisse Deas.  
 Cumq; tot unanimes dederint mihi fata sodales,  
 Auxilium, nemo est, qui mihi rite ferat:  
 Instat seuus Amor, resicitq; in cote sagittas,  
 Nec patitur pressa colla mouere iugo.  
 Et licet assiduis tabescant pectora curis:  
 Querimus, unde queant tanta venire mala.  
 Atque utinam tristes Lachesis mihi finiat annos,  
 Claudat & atatis tempora dura meae:  
 Aut aliquis, seui quae sit medicina furoris,  
 Non uanus nostra cantet in aure Deus.  
 Sed iam laurigeris cessant oracula Delphis:  
 Mutaq; Cumae uirginis antra silent.  
 Nec Parn. Maenalia reddit responsa sub umbra:  
 Nosse licet pastor viscera libet ouis.  
 Nec mihi Chaonias spes est audire columbas:  
 Cornigerumq; pudet fata referre Isuem.  
 Oblitasq; loqui iam pridem Graecia quercus  
 Mirata est posito conticuisse deo.  
 At tibi uenturos Mai praedicere casus  
 Fas est, & mites consuluisse Deos.  
 Nec tantum aut arae fumos, aut nuntia sentis  
 Fulgura, sed Stygijs somnia missa locis,  
 Somnia quae miseram perturbant saepe quietem,  
h 5
Dum

Dum mens incertis pendet imaginibus.  
O quoties per te uanum posuisse timorem  
Me memini, & latos continuaſſe dies.  
O quoties, trepidus cum non ſpernenda putarem,  
In noſtrum caui damna futura caput.  
Sæpe mee tibi cum narraſſem uifa puella,  
Dixiſti, certos haud procul eſſe metus.  
Sæpe illam madidos luſtrare in flumine crines  
Iuſiſti, & miſto ſoluere farræ ſale.  
Quod ſi olim terris talem te ſata dediſſent,  
Spreuiſſet Thuſcos Martia Roma uiros.  
Nam te quis melius calidas deprendere fibras,  
Conſulere aërias aut potuiſſet aues?  
Illa triumphatum reget nunc legibus orbem,  
Nec foret in cineres obruta pene ſuos.  
Nec fera uidiſſet Cannenſis funera pugnae,  
Aut aquilas Parthos tam male ferre duces.  
Sciſiadum patrijs habitarent ſedibus umbrae:  
Tanta nec Hiſpanum conderet oſſa ſolum.  
Te duce ueridica patuiſſent ſcripta Sibylla:  
Non intellectu quæ nocere deo.  
Fortunate deum interpres, quem ſidera uorunt,  
Cui ſuperum mentes explicuiſſe licet.  
Non te letali tetigi puer improbus arcu:  
Quamuis & dominos implicet ille deos:  
Nec tibi ſecuros rumpunt ſuſpiria ſomnos:  
Fallaces Veneris deſpicis inſidias.  
At nos incertis cæci iactamur in undis:  
Ducimus & nullo tempora conſilio.

Et q

C

No

S

Et T

P

Vos

S

Acli

I

I  
V

Ipſa

E

Viq;

A

Tu q

P

Ha

F

Qua

C

O m

C

Qui

L

Et quisquam mihi nunc longos optauerit annos,  
 Cum uideat uitae tadia tanta mee?  
 Non me Sisyphio superent impulsa labore  
 Saxa, nec infernis dolia adaucta uadis.  
 Et Tityi rostro cedit mihi uultur obunco,  
 Pomaq; Lethaei riuus sub arboribus.  
 Vos igitur, qui me uictum iam fletis amici,  
 Sic mea compositis cadite busta notis:  
 Altius hic situs est: cineres gaudete sepulti:  
 Iam uaga post obitus umbra dolore uacat.

IN DOMINAE NATALEM  
 AD IUNONEM.

**I**unoni fer sacra, nouas lege Minusa coronas:  
 Natalis dominae iam mihi festus adest.  
 Ipsa sed in primis solennes indue cultus,  
 Et mihi purpurea tempora cinge rosa.  
 Utq; aliquid gratas diua meditentur ad aras,  
 Affer inaurata garrula plectra lyrae.  
 Tu quoq; uitta tuos auro subnecte capillos:  
 Plurimaq; in niueo pectore gemma micet.  
 Haec mihi te, mea lux, seros promisit in annos,  
 Haec mihi te certam iussit habere dies.  
 Quanta mihi hac primum fulserunt gaudia luce?  
 Quotus in hoc uno tempore uenit honos?  
 O mihi Erythraeis merito signanda lapillis:  
 O mihi delicias inter habenda meas.  
 Quisquis ades, bona uerba, & letos edite cantus,  
 Libaq; de Siculo dulcia mella date.

Alba mihi uestis nullo uiolata ueneno  
 Adsit, & in geminos desinat apta pedes.  
 Ante aram hirsuti texant umbracula quercu  
 Formosis Dryades, rustica turba, comis.  
 Phæbus odorata circum tegat atria lauro:  
 At myrto duplices tu Cytheræa fores.  
 Ipsa Arabum merces Nisæa turba ministret:  
 Lenæusq; ferat Naxia uina pater.  
 Omnia sint letis operata ex ordine sacris:  
 Et cælum iuuis constrepat alitibus.  
 Magna parens Iuno, centum comitata ministris,  
 Huc ades, & uotis annue Diua meis.  
 Vos quoq; per uacuum quæ luditis æera, nympha,  
 Cingite felici nubila summa choro.  
 Scilicet euentus hæc sint bona signa futuri:  
 Huc eadem plena nuntia lætitiæ.  
 Ipse ego uestra sequar iucundo gaudia plausu,  
 Et peragam uarios ore, manuq; modos:  
 Quin etiam fertis, & thure calentibus aris  
 Excipiam sancta numina uestra die.  
 At tu natalis, nullos non fauste per annos,  
 Semper honorata luce serenus eas.  
 Quodq; opto, innumeras (si quid prece posse putas  
 Cumæe uincas uatis olympiadas. (mur)

AD RVINAS CVMARVM VR  
 BIS VETVSTISS.

**H**ic, ubi Cumæe surgebant inçlyta fama  
 Mænia, Tyrrheni gloria prima maris,  
 Longinquis quò sæpe hospes properabat ab oris,  
 Visurus

Visurus tripodas Delie magne tuos.  
 Et uagus antiquos intrabat nauita portus,  
 Querens Dædalie conscia signa fugæ:  
 (Credere quis quondã potuit, dũ fata manebãt?)  
 Nunc sylua agrestes occulit alta seras.  
 Atque ubi fatidicæ latuere arcana Sibyllæ,  
 Nunc claudit saturas uespere pastor oues.  
 Quæq; prius sanctos cogebat Curia patres,  
 Serpentum facta est alituumq; domus.  
 Plenãq; tot passim generosis atria ceris,  
 Ipsa sua tandem subruta mole iacent.  
 Calcanturq; olim sacris onerata trophæis  
 Limina, distractos & tegit herba deos.  
 Tot decora, artificumq; manus, tot nata sepulcra,  
 Totq; pios cineres una ruina premit.  
 Et iam intra solasq; domos, dissectãq; passim  
 Culmina setigeros aduena figit apros.  
 Nec tamen hoc Graüs cecinit Deus ipse carinis:  
 Præuia nec lato missa columba mari.  
 Et querimur, cito si nostræ data tempora uitæ  
 Diffugiunt? urbes mors uiolenta rapit.  
 Atq; utinam mea me fallant oracula uatem:  
 Vanus & à longa posteritate ferar.  
 Nec tu semper eris, quæ septem amplecteris arces:  
 Nec tu, quæ medijs amula surgis aquis.  
 Et te (quis putet hoc?) altrix mea durus arator  
 Vertet, & Vrbs, dicet, hæc quoq; clara fuit.  
 Fata trahunt homines fatis urgentibus, urbes,  
 Et quodcumq; uides auferet ipsa dies.

## MALA PVNICA.

**Q**uid miser externas perquiris nauita gentes?  
 Et tam longinquo quergite quævis opes?  
 Nec te uentorumq; miuas, pelagiq; procellas,  
 Nec piget ignota damna subire uia.  
 Aspice, quam tenui uelemus cortice gemmas:  
 Iam tibi, quicquid habet littora rubra, damus:  
 Seu uis purpureos roseo fulgore Hyacinthos:  
 Infensam Baccho siue Amethyston amas:  
 Ardentes seu quæ torres imitantur, & igneis:  
 Seu mage diluto lumine Chrysolithos.  
 Sed rude diuitias extollit uulgus inanes:  
 Nec meminit, quantis sit caput inde malis.  
 Diuitia fera bella uiris, letumq; tulerunt.  
 Nam prius æterna pace nugebat humus.  
 Diuitijs natoq; pater, natusq; parente  
 Cæditur, & charo fratre uerenda soror.  
 Nec tantum seua tractant aconita nouerca:  
 Sed iugulat partus mater auara suos.  
 Adde, quod l & gemmæ solo fulgore probantur,  
 Adscitusq; illis quaritur arte decor.  
 At nobis natura oculos tardare tuentis  
 Et de lit arenti pellerè ab ore sitim.  
 Nec nostra populos armant in prælia gemma,  
 Nec suadent magnos clam uiolare Deos:  
 Sed semper placidis uisunt conuiuia mensis:  
 Stant ubi iucundo pocula plena mero.  
 Illic nos tenera uir porrigit ipse puella,  
 Porrigit & cupido fida puella uiro.

Pacis

Q

Num

M

Nos

O

Acra

Im

Ergo

Vi

Palle

Ac

Quo

No

Tu u

M

Accip

M

Et se

D

Pacis opus sumus, & pacati munus amoris,  
 Quod capit a Satyro Nais amata suo.  
 Nunc temere, infernis cum nos libasset in hortis,  
 Noluit ad matrem nata redire suam.  
 Nos quoq; dam Libykos errat Pomona per agrum  
 Obstupuit pleno fracta rubere sinu:  
 Ac rarum mirata decus, mirata liquorem,  
 In sua de patrio transtulit arua solo.  
 Ergo Punicea laus hac & gloria syluae,  
 Vincere gemmiferi lucida dona maris:  
 Pallentiq; graues depellere corpore morbos,  
 Aeagraq; Paeonijs ora louare modis.  
 Quod nec Erythrae praestabunt littora ponti,  
 Non opibus pollens Indica terra suis.  
 Tu uero, duplici fulgent cui tempora lauro  
 Militia, & sacri Dux Aquiuue chori:  
 Accipe nos, laudum contentus luce tuarum;  
 Muneraq; inuisa dispice luxuriae:  
 Et seu carminibus seu de laesaberis armis,  
 Diluat exundans haec tibi gemma sitim.

ACTEE

## ACTII SYNCERI

SANNAZARI ELEGIARUM LIBER III. ad Federicum

Ferdinandi filium, Aragonum, Sicilia Regem.



REGO ego fallaci tantum seruire puella  
 Natus, & aduerso semper amo-  
 re queri?  
 Nec me Pieria spectabit Phœbus in  
 umbra

Inter certantes carmina ferre choros?  
 Quà densos Helicon saltus, collesq; uirentes  
 Pandit, & Aonidum perluit antra liquor,  
 Dispositæq; iugis intexuntserta puella,  
 Pendentessq; sonant per caua saxa lyra.  
 Iam libet intactis haurire e fontibus undam,  
 Et lustrare sacrum, quâ uia nulla, nemus.  
 Ardua sunt tentanda: nouas en carmina uires  
 Sumite: per durum gloria anhelat iter.  
 Nunc opus est alia crinem compefcere fronde:  
 Nil mihi cum fertis Bacche iocose tuis.  
 Ipse audax uiridès Parnassi in uertice lauros  
 Decerpam, aut syluis Pinde canore tuis.  
 Ipse lyram nullo percussam pollicis ictu  
 Suspendam ex humeris, præmia uara, meis.  
 Non ego nunc molles meditor lasciuus amores:  
 Nec iacio ad surdas carmina blanda fores.  
 Maior ad heroes me subleuat aura cothurnos:

Maior

I Maior & in nostro personat ore Deus.  
 Latas ades Federice: tuas ex ordine laudes  
 Exequar auspicijs fama petenda tuis.  
 Nam quanquam antiquis Regū bene sulca triūphis  
 Stat domus, & tantis se tibi iactat auis:  
 Maiorum tua non titulis innixa recumbit  
 Gloria, nec priscis gestit imaginibus:  
 Sed certat magnos uirtus anteire parentes,  
 Aeternum & uera laude parare decus.  
 Nec tua facta olim titulo breue, marmor habebit:  
 Immensum magni carminis illud opus:  
 Seu te quis teneris puerum miratus ab annis,  
 Aetatis referat tempora prima tuae:  
 Seu casus rerum uarios, durosq; labores,  
 Exhausta & saeuo praelia Marte canat.  
 Egressum uixdum cunis Aeneia nutrix  
 Sensit, & aduenta mota repente tuo est:  
 Terq; Deos uenerata, caput ter substulit urna,  
 Et tandem Phrygio lingua uoluta sono est.  
 En iterum sol magne, meae post diruta Troiae  
 Pergama, post Latios spes mihi surgit auos.  
 Hac aetate uagi quondam per prata Scamandri,  
 Aeneam uidi ludere saepe meum.  
 Nec tu maior eras, cum iam post fata Creūse  
 Reptares gremio pulcher Iule meo,  
 Certaresq; iocis curas mihi demere aniles,  
 Deducens blandas nostra per ora manus.  
 His tamen auspicijs Albanae ad sidera turres  
 Creuere, & rerum maxima Roma caput.

i Hinc

Hinc Decios, Fabiosq; hinc pectora dura Catones  
 Vidimus, & fasces Brute seuerè tuos.  
 Vidimus & ductos non uno ex hoste triumphos,  
 Auclaq; Iulais stemmata Caesaribus.  
 Ingredere, ô, felixq; subi pede nostra secundo  
 Mœnia, propensos & uenerare Deos.  
 Ingredere, Antiphatae pollens tibi regia seruit,  
 Et Lestrygonio limina tuta metu.  
 Sit Ioue Creta potēs, sint clari ab Apolline Delphi,  
 Laudet Amicleos Tanaris ora duces:  
 Alcidem, Bacchumq; ferant ad sidera Thebæ:  
 Terra rudimentis nostra beata tuis.  
 Nam te, dum rapidos arcet de finibus hostes,  
 Ardua magnanimus misit in arma pater.  
 Auspice te nostræ nullis incurribus arces,  
 Succumbent nullis littora nostra minis.  
 Sed bene habet, cessere metus, cessere pericla:  
 Barbarus hostiles ad sua uertit equos.  
 Iam iuga, iam lati respirant undiq; campi:  
 Nec tuba ueliferas concitat ulla rates.  
 Tu tamen ad patrios reuocabere uictor honores,  
 Maternosq; sinus, Parthenopenq; petes.  
 Mox Salentinos ibis metator in agros,  
 Quæ secat Oebalia culta Galeus aqua.  
 Sed quò liuor edax non iuruis? ecce repente  
 Fata iubent longas te procul ire uias:  
 Romanumq; patrem sacrasq; inuisere sedes,  
 In primis magnos promeruisse Deos.  
 Tum pontes, arcusq; ducum, delubra, uiasq;

Cumq; suis cernes strucla theatra foris.  
 Interea Vaticanas numerare per ades  
 Tot signa artificum, tot monumenta licet.  
 Mox Veios, ueteresq; Umbros, fortensq; Sabinos  
 Transgresso, Adriacum stat superare latus,  
 Aemiliaeq; domos, Apenninumq; niualem,  
 Et Phaethontæo proxima regna Pado.  
 Quis sumptus Leonora tuos, quis publica dicat  
 Munera, Atestinis edita principibus?  
 Iam ueteres superas diues Ferraria ludos,  
 Aurca dum celeri præmia ponis equo,  
 Effigiesq; deum, spectandaq; signa per oras  
 Extruis, & uarijs pegmata celsa locis.  
 Quis rursus Venetæ miracula proferat urbis?  
 Vna instar magni quæ simul orbis habet.  
 Vna Italiam Regina, altæ pulcherrima Romæ  
 Aemula quæ terris, quæ dominariis aquis.  
 Tu tibi uel reges tuos facis, ô decus, ô lux  
 Ausonia, per quam libera turba sumus:  
 Per quam barbaries nobis non imperat, & sol  
 Exorietis nostro clarius orbe micat.  
 Proxima sunt Gonsaga tuæ spectacula terre,  
 Donaq; per maguos antè parata duces:  
 Mantua quæcis, largosq; exultat Mincius ore,  
 Ausus spumiferum tollere ad astra caput.  
 Mincius æterni sacrum geniale Maronis,  
 Cui cedit flauo lucidus amne Meles.  
 Hinc populos Ticine tuos spectare licebit,  
 Dictaq; lanigera mænia pelle suis,

Taurinosq; ,altasq; Alpes, Pæninaq; castra,  
 Et Rhodanum, & ripas magne Lemanne tuas.  
 Inde per immensum lati spatia bere campi,  
 Ostendit sacrum mons ubi Iura nemus:  
 Et ueteres felix custodit Claudius arces,  
 Claudius aeterna conciliator opis.  
 Hic formidatas acies, ipsumq; uidebis  
 Elatum longa prosperitate ducem:  
 Finitimis dum bella parat, tibiq; arma uirosq;  
 Commendans magni ius dabit imperij:  
 Nimirum ingeniumq; sagax miratus, & artes,  
 Quaeq; dabis mentis plurima signa tuae.  
 Quapropter medijs generum te deligit armis,  
 Pollicitus nata spemq; ,torumq; suae.  
 Ac uelut Oenomai currus, astumq; secutus,  
 Eludet pacti fœdera coniugij.  
 Sed male ut Oenomao currus cessere, doliq;  
 Perfidia pœnas sic ferus iste luet.  
 Ter uictus, ter iam castris exutus ab hoste,  
 Postremo miseram corruet ante diem.  
 Nam deiectus equo, fossaq; inuentus in alta,  
 Obscenam turpi sanguine tinget humum:  
 Nec iam erit, extremos funus qui curet ad ignes,  
 Non lapis, incisus qui tegat ossa notis.  
 Tu celsus, tu sublimis, tu uictor honorem  
 Accipies, tibi quem Gallia tota dabit,  
 Bisq; tuis referet superatos Lingonas armis,  
 Duclaq; bis pulsos signa per Eluctios:  
 Præterea quantum populorum Mosa coërcet,

Quantum cerulea Rhenus inundat aqua.  
 Atq; erit is nostræ gentis uigor, omnia credi  
 Ut possint in isto succubuisse metu.  
 Hic ego te laudesq; tuas fortissime Iuli  
 Non sileam, & ualida prælia gesta manu:  
 Quem titulis Aquiuina domus prælustribus ornat,  
 Mortalesq; inter, semideosq; locat.  
 Et iam militiæ moles tibi creditur omnis,  
 Omnia sub leges allicis ipse tuas.  
 Ad te patrato iuuenum pulcherrime bello  
 Tempus erat patris dona tulisse Deis,  
 Mendacisq; simul fastus, odiumq; tyranni  
 Cum propè defenso deseruisse solo.  
 Eia agè rumpe moras inuisaq; castra relinque,  
 Fidaq; magnanimi limina regis adi.  
 Cui uel ad Oceani fines tot littora parent,  
 Iuraq; dant sceptri Celtica regna sui,  
 Hic tibi felices tectas, certosq; hymen eos  
 Expediet, tutas & simul addet opes.  
 Testis erit Liger, Aruernis qui fusus ab antris  
 Libera deuexum per loca findit iter.  
 Interea patrem, Campanaq; tecta reuise,  
 Debitaq; auspicijs hei mihi regna tuis,  
 Debita, sed fatis cito iam cessura malignis,  
 Euertet tantas cum ferus hostis opes.  
 Dii maris Etrusci, per quos Tyberinus, & Arnus,  
 Macraq; caruleis iungitur altus aquis,  
 Dum uedit in patriam iuuenis, tot honoribus auctus,  
 Candida felici soluite uela noto.

Vosq; citæ puppes iussum properate per æquor:  
 Fata dabunt istas sæpe iterare vias:  
 Nec semel hos tractus, Ligurumq; uidebitis oras,  
 Aut Vari infauustum fluminis hospitium,  
 Vallatosq; sinus scopulis Toroëntia claustra,  
 Et sparsas medijs Stechadas æquoribus.  
 Deniq; Phocaicosq; sinus, Marioq; refoßum  
 Littus, & antiqua mœnia Massiliæ,  
 Donec fatales Turonum accedere muros  
 Permittant uestro fata sinistra duci.  
 Ab Liger ab nimium lacrymis urgende meorum,  
 Qualia spectabis flumine busta tuo,  
 Busta quibus magni ponant diademata reges,  
 Grataq; solenni flore parentet humus.  
 Atq; aliquis Latio ueniens nouus hospes ab orbe,  
 Portet honoratas munus ad inferias,  
 Et dicat: Federice tuorum hic meta laborum  
 Hæsit, habet nostros hæc breuis urna Deos.

QVO'D PVERITIAM EGE-  
 rit in Picentinis, ad Cassan-  
 dram Marchesiam.

**E**St Picentinos inter pulcherrima montes  
 Vallis: habet patrios hic pia turba Deos.  
 Quam super hinc cælo surgens Cerretia rupes  
 Pendet: at huic nomen Cerrea sylua dedit.  
 Parte alia sacra respondent saxa Thebenna,  
 Quiq; rigens Merule nomine gaudet apex.  
 Et circum nigra late nemus accubat umbra,

Plurima

Plurima quæ riguis effluit unda iugis,  
 Semiferi, si uera canunt, domus horrida Fauni,  
 Conuectant auida quò sua lustra feræ.  
 Accipit hic tergo formosum bucula taurum:  
 Accipit immundum sima capella marem.  
 Mille tori Dryadum, Satyrorum mille recessus,  
 Antraq; syluicola grata latebra Deæ.  
 Viuula nomen aquæ, tenuitq; Subucula riuo,  
 Et quæ de gelida grandine dicta sonat.  
 Huc mea me primis genitrix dum gæstat ab annis,  
 Deducens charo nupta nouella patri,  
 Adtulit indigenis secum sua munera diuis,  
 In primis docto floreat ferta gregi.  
 Grex erat Aonidum cætu comitata sororum  
 Ipsa sui princeps Calliopea chori.  
 Delius argutis carmen partitus alumnis,  
 Flectebat faciles ad sua plectra manus.  
 Atque hic me sacro perlustrauere liquore,  
 Cura quibus nostræ prima salutis erat.  
 Tum lotum media puerum statuere chorea,  
 Et circumfusus obstrepere sonus.  
 Deniq; præcinctumq; hederis, & uirgine laura,  
 Ad citharam dulces edocuerè modos.  
 Tantus erat letis auium concentus in agris,  
 Ut posses ipsos dicere adesse Deos.  
 Venerat omne genus pecudû, genus omne ferarum,  
 Atq; illa festum luce habuere diem.  
 Tunc ego pastorum numero syluestria primum  
 Tentani calamis sibila desparibus:

Deductumq; leui carmen modulatus in umbra,  
 Innumeros paui lata per arua greges.  
 Androgeumq; Opicumq; et rustica sacra secutus,  
 Commouit lacrymis mox pia saxa meis,  
 Dum tumulum chara, dum festinata parentis  
 Fata cano, gemitus dum Melisea tuos.  
 Ac tacitas per operta uias rimatus, & antra  
 Inspecto, & uarijs flumina nata locis.  
 Mox maiora uocant me numina: scilicet alti  
 Incessere animum sacra uerenda Dei,  
 Sacra Dei Regisq; hominum, dominiq; Deorum,  
 Primum sancta relligionis opus,  
 Nuncius aethereis ut uenerit aliger astris,  
 Dona ferens casta uirginis in gremium.  
 Quid referam caulasq; ouium, lususq; canentum  
 Pastorum, & Reges Arsacis ora tuos?  
 Nec minus haec inter piscandi concitus egit  
 Ardor in equoreos mittere lina sinus,  
 Fallacesq; cibos uacuis includere nassis,  
 Atque hamo undiuagos sollicitare greges.  
 Quandoquidē falsus descēdi ego primus ad undas,  
 Ausus inexpertis reddere uerba sonis.  
 Quid referam mollesq; Elegos, miserabile carmen,  
 Et superis laudes non sine thure datas?  
 Quaeq; alijs lusi numeris, dum seria tracto,  
 Dum spargo uarios per mea dicta sales,  
 Multaq; praeterea dilecta grata puella,  
 Adscisco antiquis rursus Hetrusca modis.  
 Ut sileam nunc impensos tot regibus annos,

Tot data belligeræ tempora militia:  
 Et siccam uexata malis mea corpora morbis,  
 Vixq; Machaonia restituenda manu.  
 Adde graues populiq; fugas, procerumq; ruinas,  
 Insticla & miseris urbibus exilia.  
 Ipse per infestos tecum Federice labores  
 Multa adij terra, multa pericla mari.  
 Tuscorumq; uadis, Ligurumq; exercitus undis,  
 Postremo littus Massiliense subij.  
 Iam Rhodanum, Volcasq; feros, Vocontiaq; arua  
 Legimus, & fines Belgica terra tuos.  
 Bisq; pruinosas cursu superauimus Alpes:  
 Bis metas magni uidimus Oceani.  
 Atque hic te tandem defleuimus optime Regum,  
 Quantum Hecube natos fleuerat ipsa suos:  
 Quantum discis fratres Cassandra capillis,  
 Andromacheq; sui dum legit ossa uiri.  
 O fatum infelix, o fors male fida, quid illic  
 Egimus? o tristi mersa carina loco.  
 Cum nullum interea frugis genus imbre, uel aestu  
 Redderet ingenio Musa uocata meo.  
 Et iam miramur, longo si pressa labore  
 Amisit uires paruula uena suas.  
 Ipse Deum simul, atq; hominum celebrator Homerus  
 Desiceret, nedum segnis, inersq; lyra.  
 Desiceret pater ipse, & carminis autor Apollo,  
 Pegasidum sacras qui tenet unus aquas.  
 Ergo tanta mea cum sint dispendia uitæ  
 Facta, potes nostram quisq; dolere uicem,

Quòd non ingenio, quòd non profecimus arte,  
 Quòd mea sit longo mens propè uicla situ:  
 Quòd mala subrepens imos ceu pestis in artus  
 Irruerit, fracto corpore, seguities:  
 Nec pote iam lapsè studium rouocare iuuenta,  
 Ingenij cùm sit tacla ruina mei.  
 Tu saltè bona posteritas ignosce dolori,  
 Qui facit, ut spreto sit mea fama loco:  
 Musarum spolièrq; bonis, & nomine claro  
 Vatis, & hæc ultro credar habere mala.  
 Profit, amicitie sanctum per secula nomen  
 Seruasse, & firmam regibus usq; fidem.  
 Vosq; uel ignauo, uel tarado, parcite amici,  
 Cui natura suas dura negarit opes,  
 Dum tamen ambitione mala, atq; libidine turpi,  
 Et caream inuisa crimine auaritia.  
 Tu quoq; uel sese testis Cassandra senecte,  
 Quam manet arbitrium funeris omne mei,  
 Compositos tumulo cineres, atq; ossa piato:  
 Neu pigeat uati soluere iusta tuo.  
 Parce tamen scisso seu me mea uita capillo,  
 Siue: sed heu prohibet dicere plura dolor.

DEOS NEMORVM INVOCAT  
in extruenda domo.

**D**i nemorũ saluete: ego uos de rupe propinqua,  
 De summis patrie mœnibus aspicio:  
 Aspicio, uenerorq; caue mihi plaudite ualles,  
 Garrula uicinis perstrepat aura iugis.

Vos quoq; perq; focos felicia dicite ciues  
 Verba, per intactas flore decente uias.  
 Victimam solennes eat inspectanda per aras:  
 Turbaq; Palladia fronde reuincta comas.  
 Mosq; ut ab antiqua repetatur origiue Roma,  
 Exterior forda cum boue taurus aret.  
 Ac prius infosso teclum quam cingere sulco  
 Incipimus iustos thure piare Deos.  
 Nulla per obductum decurrant nubila caelum:  
 Candida; augustum concinat omen auis.  
 Exurgat paries, uentos qui pellat, & imbres,  
 Qui multa circum luce serenus eat.  
 Adsit dispositis series concinna columnis,  
 Quae; ornet medias crebra fenestra fores.  
 Ipse biceps primo custos in limine Ianus  
 Occurrat letis obuius hospitibus.  
 Protinus a dextra sacra, mea turba sorores  
 Cingant uirgineis atria prima choris.  
 A laeva nitidis stratum Pythona sagittis  
 Miretur posita Cythius ipse lyra.  
 Aedibus in medijs parui sinus amphitheatri,  
 Visendas Regum praebet historias.  
 Ac primum triplici sese defendat ab hoste  
 Fernandus rapido iam metuendus equo.  
 Alfonsusq; pharetratas, dira agmina gentes  
 Cogat Hydruntinis cedere littoribus.  
 Tum iuuenis Rex ipse, & Regum insignibus actum  
 Alpinos adigat linquere castra duces.  
 Postremo Federicus, auito latus honore,

Dalmaticas grandi classe refringat opes.  
 Infestosq; Deos, metuendaq; iura minatus,  
 Indicat nato bella gerenda suo.  
 Hic bene conueniens membris uariantibus ordo  
 Adspiciat celebres è regione situs.  
 Exhedra, Xistiq; Tablinum, Hypocausta, Dieta,  
 Et quæ priuatis usibus apta uelim.  
 Atq; aliæ occasus, aliæ uertantur in ortus,  
 Quæq; habeant Borean, quæq; inhibere Notum.  
 Iungantur longis quadrata, obliqua rotundis:  
 Et capiat structos plurima cella toros.  
 O studijs placitura meis, ô mille per artes  
 Ocia Pierijs nostra inuanda modis.  
 Hic ego tranquillo transmittam tempora cursu,  
 Dum ueniat fatis mitior hora meis.  
 Viximus arumnas inter, lacrymosaq; Regum  
 Funera, nunc patria iam licet urbe fini:  
 Ut quod tot cura, tot detraxere labores,  
 Restituat uati Parthenopea suo.

F I N I S.

A



p  
E

Rup

V

D

Nam

V

E

Tu m

D

Sa

Nam

Se

C

## ACTII SYNCERI

SANNAZARII NEAPO-

litani, uiri patricij, Epigramo  
maton Liber I.

Ad Federicum Regem.



CRIBENDI studium mihi tu  
Federice dedisti,  
Ingenium ad laudes dum tra-  
his omne tuas.

Ecce suburbanum rus, & noua  
prædia donas:

Fecisti uatem, nunc facis agricolam.

Ad uillam Mergillinam.

Rupis ô sacra, pelagiq; custos,  
Villa, Nympharum domus, & propinqua  
Doridos, Regum decus una quondam,  
Deliciaq;

Nunc meis tantum requies camænis,  
Vrbis inuisus quoties querelas,  
Et parum fidos popularis aure  
Linquimus æstus.

Tu mihi solos nemorum recessus  
Das, & hærenteis per opaca laurus  
Saxa: tu fonteis, Aganippidumq;  
Antra recludis.

Nam simul tete repeto, tuasq;  
Sedulus mecum ueneror Napæas:  
Colle Mergillina tuo repente  
Pagasis unda.

Effluit, de qua chorus ipse Phæbi,  
 Et chori Phæbus pater, atq; princeps,  
 Nititur plures mihi iam canenti  
 Ducere riuos.

Ergo tu nobis Helicon & uda  
 Phocidos saltus, hederisq; opacum  
 Thespiæ rupis nemus, & canoro  
 Vertice Pindus.

I puer, blandi comitem laboris  
 Affer è prima citharam columna,  
 Affer & flores, procul omnis à me  
 Cura recedat.

Principis nostri decus, atq; laudes  
 Fama per latas spatiat a terras,  
 Euchat, qua sol oriens, cadensq;  
 Fræna retorquet:

Quaq; non notos populos, & urbeis  
 Damnat æternis Helice pruinis,  
 Quaq; seruenteis cumulos arena  
 Dissipat Ausler.

Ille crescentes ueneratus annos  
 Vatis, antiquum referentis ortum  
 Stirpis, & clarum genus, & potentum  
 Nomen auorum,

Contulit larga numerosa dextra  
 Dona, & ignaua stimulos iuuenta  
 Addidit, syluas & amica Musis  
 Otia præbens.

## Calendæ Maii.

Maius adest, da ferta puer: sic sancta uetustas

Instituit, prisce sic docuere patres.

Iunge hederam uiolis, myrtum subtexe ligustris,

Alba uerecundis lilia pinge rosis.

Fundat inexhaustos mihi decolor Indus odores:

Et fluat Assyrio sparsa liquore coma.

Grandia fumoso spument crystalla Lyæo:

Et bibat, in calices lapsa corona meos.

## In tumulum Ladislai Regis.

Miraris niuis pendentia saxa columnis

Hospes, & hunc, acri qui sedet altus equo.

Quid si animos, roburq; ducis, præclarâq; nosces

Pectora, & inuictas dura per arma manus?

Hic capitolinis deiecit sedibus hostem:

Bisq; triumphata uictor ab urbe redit:

Italiamq; omnem bello concussit, & armis:

Intulit Hetrusco signa tremenda mari.

Nunc foret Latio tantum diademate felix,

Ante suos uidit Gallica sceptrâ pedes.

Cumq; rebellantem pressisset pontibus Arnum,

Mors uetuit sextam claudere Olympiadem.

I nunc regna para, fastusq; attolle superbos:

Mors etiam magnos obruit atra Deos.

## Ad Federicum Regem.

Clausa quòd effossis erumpunt ossa sepulcris,  
 Et reserant ueteres putria saxa rogos:  
 Nimirum tanto cupiunt sub principe manes  
 Viuere, & ad nutus umbra uocata uenit.  
 Utq; decet, longo mansuras tempore sedes  
 Spondent, & regnis otia leta tuis,  
 Quæq; diu ambiguis tecum fortuna uagata est  
 Passibus, hîc certa stat bene nixa rota.  
 Sume animos Federice: tuis hic meta periclis.  
 Heret: habent manes, & pia busta fidem.

## Ad Ninam.

Sexcentas Nina da, precor, roganti  
 Sed tantum mihi bastationes:  
 Non quas dent bene filia parenti,  
 Nec quas dent bene fratribus sorores:  
 Sed quas nupta rogata det marito,  
 Et quas det iuueni puella charo.  
 Iuuat me mora longa bastiorum,  
 Ne me tam cito deserat uoluptas.  
 Nolo marmora muta, nolo piclos  
 Dearum Nina bastare uultus:  
 Sed totam cupio tenere linguam  
 Infertam humidulis meis labellis,  
 Hanc & sugere, morsuunculasq;  
 Molles adijcere, & columborum  
 In morem, teneros inire lusus,  
 Ac blandum simul excitare murmur.  
 Hæc sunt suauiua dulciora melle

Hybleo, & Sicula liquore canna.  
 Hæc sola ambrosiæq; neclariisq;  
 Succos fundere, sola habere possunt.  
 Quæ si contigerint mihi tuisq;  
 Admouere sinas manum papillis:  
 Quis tunc diuitias, quis aurum, & omneis  
 Absse me putet æstimare reges?  
 Iam non maluerim mihi beatas  
 Aurora, Venerisq; habere nocteis:  
 Non Hebes thalamos beatiores:  
 Non si deserat hæc suum maritum!  
 Non si me roget usquequaque: non si  
 Aeternam mihi spondeat iuentam.

## De natali Altilii uatis.

Musarum lux alma, meus cui thura quotannis,  
 Cui rite Altilius fundit in igne merum:  
 Accipe seruatos hyberno frigore flores,  
 Quæq; madent Siculis annua liba suis.  
 Quandoquidem magnum Latio, rarumq; dediisti  
 Pignus, & Aonijs non iene nomen aquis.  
 At tu, sic tristes nunquam experiare tenebras,  
 Sic Phæbi nitido semper honore mices:  
 Fausta, preceor, longos tamen expectata per annos,  
 Altilioq; tuo concolor usq; redi.

## Ad Federicum Regem.

Hybernas tibi Pampineis cum uitibus uuas  
 Mittimus, ô regni gloria, honosq; tui.  
 Præla uacant, riget omnis ager, spumantia tandem  
 Mûta silent: mensis est tamen una tuis.

Iam pater Autumnus uernantia lilia mittet,  
Talia si medio frigore bruma dedit.

De expeditione Alfonso Regis.

Venturos olim Romana ad mœnia Turcas,  
Dixerunt uateis: credite uera canunt.

Scilicet Alfonso Turcas in bella trahentem  
Expectas fatis anxia Roma tuis.

Pone metum, uincet: sed te meliora manebunt  
Imperia: Alfonso principe maior eris.

In tumulum Lauræ puellæ.

Et lacrymas etiam superi tibi Laura de dissent:  
Fas etiam superos si lacryma foret.

Quod potuit tamen, auratas puer ille sagittas  
Fregit & extinctas mœsta Erycina faces.

Sed quamuis homines tangant tua fata, Deosq̃:  
Nulli flebilior, quàm mihi, uita iaces.

Felices anima, quibus is comes ipsa per umbras,  
Et datur Elyssum sic habitare nemus.

De partu Nisæ Charitei  
coniugis.

Dum parit, & longas iterat Nisæa querelas,  
Scinditur incerta seditione polus.

Pierides puerum, Charites optare puellam:  
His Venus, ast illis docta Minerva fauet.

Astlat amas Veneri Mauors, Phœbusq̃; Mineruæ:  
Magnanimusq̃; aqua Iuppiter aure sedet:

Cum subito aurato surgit puer improbus arcu,  
Et cœlum notis territat omne minis.

Absensere metu superi: pater ipse Deorum

Risit, & Aonias iussit abire Deas.  
 Exultat palma Venus, & nascente puella  
 Argentur Charites, Cypria turba, Dea.  
 Ad Federicum Regem.  
 Edicto nuper cum tu Rex magne caueres,  
 Audacine quis stringeret arma manu:  
 Deposuisse tuum uel primus diceris enses,  
 Et monstrasse palam primus inerme latus.  
 Quid maius populisue tuis Federice, uel urbi  
 Accidere huic nostrae per tua dona potest?  
 Post domitos hostes, inter tot commoda pacis,  
 Contigit exemplum uiuere posse tuis.  
 Publica nimirum res tunc sibi constat, & equum  
 Imperium, cum Rex, quod iubet ipse facit.

De emendatione Catulli ad  
Iouianum.

Doctus ab Elysijs redeat si ualle Catullus,  
 Ingratosq; trahat Lesbia sola choros:  
 Non tam mendosi merebit damna libelli,  
 Gestiet officio quam Iouiane tuo.  
 Ille tibi amplexus, atq; oscula grata referret,  
 Mallet & hos numeros, quam meminisse suos.

De Borgia, Alexandri Pontificis filio.

Qui modo prostratos iactarat cornibus ursos,  
 In latebras taurus concitus ecce fugit.  
 Nec latebras putat esse satis sibi: Tybride toto  
 Circitur, & notis uix bene fidit aquis.  
 Terruerat montes mugitibus: obuia nunc est,

Et facilis cuius præda sine arte capi.  
 Sed tamen id magnum, nuper potuisse uel urfos  
 Sternuere, nunc omneis posse timere feras.  
 Ne tibi Roma nouæ desint spectacula pompæ,  
 Amphitheatralis reddit arena iocos.  
 Ad eundem, dum ab Urfinis  
 premererur.

O taure, præsens qui fugis periculum,  
 (Nam te nec audio, tædioue tam bonas  
 Spreuisse sylvas, tam bonos putem lacus)  
 Dic, quis propinqua nubibus tibi iuga  
 Molestus inurdet? iuga illa iam tuis  
 Sudata cornibus, tuisq; prælijs  
 Deuicta? quis saltus, & amnium uberes  
 Cursus, torosq; marginum uirentium?  
 Quis uadarius præta? quis recondita  
 Nemora? quis umbras sibilantium arborum  
 Male aduocatus abstulit tibi Deus?  
 Non amplius uidebis, ah miser, miser,  
 Amata regna, non uidebis amplius  
 Tuos amores, non licebit, heu, tibi  
 Posthac cubanti sub genistulis tuis,  
 Mollius fulto niueum amaraco latus,  
 Audire uoces ruminantium gregum,  
 Meridianum non in iue somnium.  
 Que nunc adibis Tesqua? qua petes loca  
 Miselle taure? quas subibis ilices?  
 Vbi myrica? ubi uirentis arbuti  
 Lucunda sedes? ubi salicla, & omnibus

Eheu

Hec,

Eheu iuuenca præferenda pascuis?  
 Iuuenca solos quæ relicta ad aggeres  
 Padi sonantis, heu malum sororibus  
 Omen, dolentis inter orba populos  
 Te te requirit, te reflagitans suum,  
 Implet querelis nemus, & usq; mugiens  
 Modo huc, modo illuc furit, amore perditæ:  
 Omnia peragrat arua, lustrat omnia,  
 Num qua bisulcæ signa cernat unguæ:  
 Querit per alta montium cacumina,  
 Querit per ima uallium cubilia,  
 Memor locorum, non tamen sui memor:  
 Te mane primo, te rubente uespere  
 Luget: nec illam Luna cum recurreret  
 Cælo, nec atræ noctis alma sidera  
 Videre dormientem, abire flumina,  
 Abire solem, abire cernit omnia:  
 At ipsa mæstam sola non abit domum,  
 Humi recumbens strata sub nudo æthere.  
 Hanc & puella nemorum, & ipse corniger  
 Sylvanus aspicit: hanc bubulcus intuens,  
 Miser bubulcus, nec iuuare eam ualens,  
 Tantum, quod unicum in malis refugium habet,  
 Susspirat, ingemit, deum inuocat fidem,  
 Iratus uysis, quod coegerint procul  
 Abire syluis albulum iuenculum,  
 Et tam uenustam clamitare buculam.

In gemmam suam.

Hæc, mihi quæ roseos iussit sordere hyacinthos,

Et nitet articulis unica gemma meis,  
 Cuius in exiguo ductor stat Troicus orbe,  
 Anchisesq; senex, Ascaniusq; puer:  
 Quis credat? ueteres inter neglecta ruinas:  
 Et nili latuit semisepulta solo.

Tu tamen obrueras, nec te Sinuessa pudebat  
 Hoc decus heu terris oculuisse tuis.

Scilicet Aeneam natumq; patremq; gerentem,  
 Ignibus ereptos obrueresq; Deos?

Parcere debueras, cui iam pia flamma pepercit,  
 Nec te tam turpi dedecorare nota.

Et dubitem Belgasq; feros, rigidosq; Britannos  
 Hac comite ignotos & penetrare sinus?

Hæc est Iliacos pietas spectata per igneis,  
 Cum uerita est profugos ledere flamma deos.

De Venere, & Marte.

Dum Venus armatū complectitur obuia Martem,  
 Distrinxit teneram fibula adunca manum.

Sensit, & antè Iouem ridens ait emula Pallas:  
 Bella iterum gessit cum Diomede soror.

De Endymione, & Luna.

Spreuerat hirsutas pascentem Pana capellas  
 Candida nocturnis quæ Dea fertur equis.

At postquam niuæ conspexit munera lanae,  
 Posthabuit notas Endymionis oueis.

Qui simul ac tristeis somno inclinaret ocellos,  
 Mors hæc mors, inquit, non mihi somnus erit.

De Ferdinando iuniore.

Corniger asculeæ Faunus recubabat in umbra,

Cum propè latranteis sensit adesse canes.  
 Mox iuuenem superis, similem, diuinâq; tela  
 Conspiciens, trepido sic mouet ora sono:  
 Seu Mars, siue alto Phæbus descendis Olympo,  
 Iam iam linquo omneis te ueniente feras.

De Poggio Florentino  
 historico.

Dum patriâ laudat, damnat dum Poggius hostem,  
 Nec malus est ciuis, nec bonus historicus.

De Barth. Platina

~~\_\_\_\_\_~~  
~~\_\_\_\_\_~~  
~~\_\_\_\_\_~~  
~~\_\_\_\_\_~~

De pace post Socris mortem.

~~\_\_\_\_\_~~  
~~\_\_\_\_\_~~

De Diana, & Ferd. II.

Errabat Diana suis immixta puellis,  
 Cum procul ecce mei conspicit ora Ducis:  
 Atq; ait: huc Nymphæ concedite, nâq; propinquat,  
 Qui regat in seuas certius arma feras.

De mane, & uespere.

Sol iubet exoriens, Faunos, Dryadasq; puellas  
 Quærere, & herbaso ducere monte choros.  
 Decliuis, uitreas suadet descendere ad undas,  
 Doridaq; & lusus ô Galatea tuos.  
 Causa patet: quia, sublimeis cum tendit in arces,  
 Nos quoq; per saltus, & iuga summa rapit.

Cum uero Hesperios petit ima Tethyos amneis,  
Exemplo ad fontes nos uocat ipse suo.

Hinc adeo natura hominum loca mane requirit  
Ardua, caruleis nespere gaudet aquis.

De Vulturno, & puero Regio.

Miramur tacitis Vulturnum currere lymphis,  
Et tardos dura compede ferre pedes.

At magis occulto mirabimur urier igni,  
Et puerum tota nocte uocare suum.

Tunc etiam formose puer uaga flumina torques?  
An fuerit reges perdomuisse parum?

Quinetiam combure Deos, dominas; Bearum  
Arma moue, & pulchra Ganymede uicrum.

In Quintium.

Clara tibi uideor scripsisse epigrammata Quinti.  
Sunt, fateor: media scripsimus illa die.

Tu latebras obscurus amas, quia lumine nullo  
Atq; intempesta scribere nocte soles.

De Mercurio, & Amore.

Dum comes aligero Cyllenius iret Amori,  
Aliger incauto subripuit faculas.

Deprenso tum fure, manum referebat ad arcum:  
Sed non inuenta risit Amor pharetra.

In tumulum Annibalis.

Annibal huc uiclas secum Carthaginis arceis  
Transtulit: hac ambos terra Libyssa tegit.

De Venere, & Iunone.

Confidit nimium iaculo dum pulcher Adonis,  
Inguina setosus candida rupit aper.

Accur

Accurrit miseranda Venus, tum nupta Tonantis,  
 Quid gemit hæc? nullo Maris meus iclus apro est.  
 In Fabianum.

Esse tibi sapiens, & uir Fabiane uideris:  
 At mihi nec sapiens, nec Fabiane uir es.  
 De Præatore præside deside.

Ait nefas! las esse nundinas prætor,  
 Fari recusat: quid nefastius dicas?  
 Atramentum scriptorium.

Ferrum putre situ spumanti feruet aceto,  
 Mandet ut æternis scripta uoluminibus.  
 Scilicet hoc illud, uatum uolitare per ora:  
 Hoc est, Pyramidas uincere Nile tuas.

Infelix fatum: sanies rubiginis ergo  
 Eripit inuiso nomina nostra rogo?  
 Ad Federicum Regem.

Ne tibi non aliquid Iani misisse calendis  
 Arguar, aut latam non celebraſſe diem:  
 Mittimus hybernis seruatæ mensibus uuas,  
 Insuper & faustas addimus ore preces,  
 Ut tibi qui nitido, cum sole renascitur annus,  
 Felici redeat candidus usque pede.

In Mancinum.

Qui ferro fratres, stupro Mancine sorores  
 Fas uiolare putat, quid putat esse nefas?  
 Tumulus Maximillæ.

Hic hic siste precor gradum uiator,  
 Hoc sub marmore Maximilla clausa est:  
 Quacum frigiduli iacent amores,

Et lusus, Veneresq; Gratiaq;  
 Hanc illi misera seuera Clotho  
 Pro dulci thalamo domum parauit.  
 Has matri dedit, has patri querelas  
 Pro plausu, choreisq; nuptiarum.  
 Quid firmum tibi, quid putes uiator  
 Mansurum inuiolabile, aut perenne?  
 Si quæ delicia iuenculorum,  
 Et decus fuerat puellularum,  
 Nunc eheu iacet ecce Maximilla,  
 Luctus perpetuus iuenculorum,  
 Acternæ & lacryma puellularum.

## De mirabili urbe Venetiis.

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis  
 Stare urbem, & toto ponere iura mari:  
 Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iuppiter arceis  
 Obijce, & illa tui mœnia Martis, ait.  
 Si pelago Tybrim præfers, urbem aspice utranq;  
 Illam homines dices, hanc posuisse Deos.

## De Alfonso Duce Calabriae.

Alfonsus magnum dum traicit Apenninum,  
 Castraq; non solita primus in Alpe locat:  
 Armorum sonitus, galeasq; ærataq; tela  
 Sylvarum domina pertimere Dea.  
 Nec minus occultas Satyri petiere latebras,  
 Assueti imbellis ante uidere feras:  
 Spectaruntq; procul celsa de rupe silentes:  
 Agmina dum, & magnos cogeret ille duces.

Atq;

Atq;  
ImInnoc  
PrQuid  
SiNon a  
CaOmn  
MaEmit  
SeIr  
ScVa  
H

N

D

D

C

E  
V  
P  
A

Atq; aliquis signa aspiciens, miratur, & inquit:  
Imperium uobis urbis, & orbis erit.

De Innocentio VIII. Pon-  
tifice Max.

Innocuo priscos æquum est debere Quirites.  
Progenie exhaustam restituit patriam.

Ad Venerem.

Quid mihi te facilem blandis promittis ocellis,  
Si miserum sic post uris acerba Venus?  
Non decet hoc superos .aut te mihi fronte serena  
Concilia, aut toruo lumine bella moue.

De Galla.

Omnes, quos scripsi, uersus uult Galla uidere:  
Mittam ego, pro libris si mihi labra dabit.

De Vetustino.

Emit sepulcro prædium Vetustinus,  
Sed quod futuros non sequatur hære deis,  
Iratuæque mortuisq;, uiuisq;.  
Scribiq; curat grandibus notis, demens,  
Viginti in agro, in fronte ter pedes octo.  
Habitat sub urbe scandulis tribus tectus,  
Ne pensione degrauetur, aut sumptu.  
Dormit grabato, quo nec ipse iam uellet  
Dormire cimex, nec lacerta, nec sorex.  
Cænat per hortos alliumq;, cæpasq;,  
Et salgamorum iure liuidos caules:  
Vel, si quid optat unctius sibi poni,  
Piscatur ipsis in paludibus ranas:  
Aut è cloaca colligit meras sordes,

Patrem

Putrem palumbum, mortuumue caponem.  
 Et doliorum turbidam bibit facem,  
 Tanquam Falernum Consulare, uel Chium,  
 Opimianæ quod refuderint celle.  
 Nec iam profectis hoc, sed idibus tantum  
 Sacrisq; potat ferculis calendarum.  
 Et mane ueste currit anxius raptâ  
 Ad architectos, marmorumq; sectores,  
 Ut de sepulcro conferat nouas liteis.  
 Quos iam misellos pessimis modis multat,  
 Ducit, reducit, distrahit, rapit, uexat,  
 Per angiportus, uiculosq; cliuosq;  
 Et per ruinas urbis, & per anfractus.  
 Monstrat theatra, porticusq; priscorum,  
 Arcusq; claris principum sacros armis,  
 Hinc & deorum templa, & obrutas thermas,  
 Et quicquid altis fornicum subest cliuis:  
 Nec iam fauissas linqvit, & nigros manes.  
 Demum trecentis cum laboribus fractos,  
 Et astuantes pariter, & fame siccos  
 Vix officinæ post meridiem reddit  
 Iam feriatæ, uectibusq; adhuc clausæ.  
 Culpat coronas, Zophorumq; permutat:  
 Spiras reformat, & scapos columnarum:  
 Et nunc Hetruscas, nunc Corinthias mauult:  
 Nunc Doricarum laudat ordinem tantum,  
 Gustas, triglyphos, tænias, thoros, plinthos.  
 Quid cum columnis nunc tibi Vetustine,  
 Aut cum uoluta, Ionicisue puluinis?

Dormi

Dormi miselli, sat diu laborasti:  
 Cœnare fessos & aliquando permitte.  
 Aut, si sepulcri cura te coquit tanta,  
 Cadauer istud uel gemonijs conde.

In tumulum Neæræ.

Quæ uoces? Charitum quæ circum pompa? Neæræ,  
 Vnde odor hic? cineri thura ministrat Amor.  
 Vnde pyra? ex pharetra, qui nã struxere? lepôres.  
 Ast hæc illacrymans quæ legit ossa? Venus.  
 Fortunate lapis, tumuloq; beatior omni,  
 Tu tegis in terris siquid honoris erat.

De Hybla.

Hybla mei quondam dulcissima cura Marulli,  
 Hybla suburbano nuper humata solo:  
 Accipe quæ multo promuntur uerba dolore:  
 Accipe de lacrymis humida ferta meis.  
 Terosa, te uiola, te mollis amaracus ornet:  
 Te pia suspensio pondere uelet humus.  
 Et tibi, quod raræ possunt sperare puella,  
 Contingant uatis carmina docta tui.

De Aufidio.

Dum caput Aufidio tractat chirurgus, & ipsum  
 Altius exquirat, quò uideat cerebrum:  
 Ingemit Aufidius, quid me chirurge fatigas?  
 Cum subij rixam, non habui cerebrum.

Ad Alfonso.

Qui prius Herculeæ sensit Leo uulnera clauæ,  
 Hic Alfonso tuos corruet ante pedes.  
 Quæq; uiret nostras quercus passura secures,

Deseret

Deseret immundos fulmine tacta sues.  
 Victa dabit Bellona manus: Pax arua reuifet:  
 Claudentur dira Marte sedente fores:  
 Tunc pia Parthenope letos tibi ducet honores.  
 Per fora, per uicos ocia uulgus aget.  
 Sebethosq; pater fluijs metuendus Hetruscis,  
 Aurea caruleum tollet ad astra caput.

In Lydam.

Cum dixi medio tibi macram algere sub aestu,  
 Non dixi fluuium Lyda: quid ergo? cutem.

In Ollum.

Omnia facturum te dicis, nil facis Olle.  
 Nil mirum: leuius dicere quam facere est.

Ad Rufum.

Tanquam prisca mihi, saxoq; inuenta uetusto,  
 Disticha Rufe soles saepe referre tua.  
 Stultu adeo me Rufe putas? ego tam mala credam  
 Carmina Romano marmore posse legi?  
 Archemoro longos affingis Nestoris annos.  
 Andromaches puerum Laomedonta uocas.  
 Desine mentiri Pyliam, Phrygiamq; senectam.  
 Sint uetera haec alijs, mi noua semper erunt.

De Cyparisso puero.

Flebat adhuc miterens ceruo Cyparissus adempto,  
 Cum sua conspexit cortice membra tegi.  
 Delius exclamat: quid nostro sylua dolore  
 Crescis? tu Daphnen, tu Cyparisson habes.

De Harmosyne.

Harmosynen quisquis seu uir, seu femina uidit,

Deperit

Deperit: an' ne oculos Actius unus habet?  
In Alexandrum v i. Pont. Max.

In eundem.

De Iucundo architecto.

Iucundus geminos fecit tibi Sequana pontes:  
Iure tuum potes hunc dicere pontificem.

De Aenea, & Didone.

Immemor ah miserae cur enssem linquis Elisa  
Nate dea? profugas non grauat ille rates.  
An' ne parum fuerat causam dare mortis acerba,  
Ni ferrum fugiens tu quoq; triste dares?  
Tolle precor tumidas tecu hoc, iam tolle per undas.  
Discessu, satis est, si perit illa tuo.

In Cæcilianum.

Si tibi per genium fas est iurare Mineruae,  
Per Veneris flauas Cæciliane comas:  
Nec iubar excipitur solis, nec cornua Phœbes,  
Nec Capitolini crura, caputq; patris:  
Cur mihi tu uentrem, cur intestina deorum,  
Hispana tactus relligione, sonas?  
Non pudet heu cælum rebus fœdare pudendis?

An

An credis magnos hæc quoq; habere deos?  
Ad Marinum Caracciolum.

O dulces ac lepidum Marine facturus  
Dignum perpetuo ioco, atq; risu,  
Dignum uersiculis, facetijsq;  
Necnon & salibus Marine nostris.  
Ille maximus urbis imperator  
Cæsar Borgia, Borgia ille Cæsar,  
Cæsar patris ocellus, & sororis  
Fratrum blanditis, quies, uoluptas,  
Montis populus ille Vaticani,  
Ille inquam dominae urbis inquinator,  
Cæsar Borgia, Borgia ille Cæsar,  
~~Cæsar patris ocellus, & sororis~~  
Mæchus ille sororis, atq; adulter,  
Fratrum perniciēs, lues, sepulcrum,  
Montis bellua tetra Vaticani,  
Quingentas modo qui uorauit urbes,  
Imbutus scelere, & malis rapinis,  
Urbes sub ducibus suis quietas,  
Quascunq; aut Latium ferax uirorum,  
Aut Campania pinguis, aut per alta  
Diuisi iuga continent Sabini,  
Hisq; inuēst Ariminum, Pisaurum,  
Urbium, Populontamq; magnam,  
Cameutes pariter, Forumq; Livi,  
Corneliq; Forum, Fauentiamq;  
Et quanti ~~est~~ milie est, Herturiaeq;  
Quantum circuitu hinc & inde longo.

Neptuni

Neptuni lauat aſtuantis unda.  
 At nunc quis neget eſſe opus Deorum?  
 Cum uecors animi impotente morbo,  
 Querit plura, nec eſt potis miſellus  
 Explere ingluuiem periculoſam.  
 Ecce ecce euomit. ô Iouem facetum,  
 O pulchram Nemefim, ô uenûſta fata.  
 Verum ſcilicet id Marine, uerum eſt  
 Quod dici ſolet, en ſides probat nunc,  
 Fortunam ſi auide uorare pergas,  
 Eandem male concoquas neceſſe eſt.  
 Ut iure euomere hunc putemus ipſum,  
 Qui tantum miſer hauſit oppidorum.  
 Aſt id omne, quod hauſit, oppidorum,  
 Quod quinque aſſiduis uorauit annis,  
 Imbutus ſcolere, & malis rapinis,  
 Scis quot euomuit diebus? uno.  
 O lucem niueam, ô Iouem facetum,  
 O pulchram Nemefim, ô uenûſta fata:  
 O dulce, ac lepidum Marine factum.

~~In Alexandicum & Poni Max.~~

De Cæſ. Borgia.

Aut nihil, aut Cæſar uult dici Borgia: quid niſi  
 Cum ſimul & Cæſar poſſit, & eſſe nihil.  
 Ad eundem.

## Dies genialis.

Aureli perfunde meis unguenta capillis  
 Tu super, & uernas sparge Nearchē rosas.  
 Sed prius æstiuum ramis defendite solem,  
 Et uiridi mollem sternite fronde torum.  
 Non plumæ, non picta iuuant me stragula, nec quæ  
 Pannonis uario sponda colore nitet.  
 Larga coronata disponite pocula mensa,  
 Setino & gelidas ad sociate niues:  
 Certatimq; leues potanti inducite somnos.  
 Sic iuuat ætatis ducere fila mea.  
 An scimus miseri, quid lux uentura minetur?  
 Viuamus: mortem fallere nemo potest.

## Ad Amicam.

Da mihi tu mea lux tot basta rapta petenti,  
 Quot dederat uati Lesbica blanda suo.  
 Sed quid pauca peto, petiit si pauca Catullus.  
 Basta? pauca quidem, si numerentur, erunt.  
 Da mihi, quot cælum stellas, quot litus arenas,  
 Syluaq; quot frondeis, gramina campus habet,  
 Aëre quot uolucres, quot sunt & in æquore pisces,  
 Quot noua Cœropia mella tuentur apes.  
 Hæc mihi si dederis, spernam mensasq; Decorum  
 Et Ganymedæa pocula sumpta manu.

~~Ad Amicam~~

Ad Bonæ Mox.

~~Ad Bonæ Mox.~~

## Ad Bassum de Phyllide.

Cum de cathedra Basse surgeret nuper  
 Mammosa Phyllis, tunica mollis, ut saepe  
 His accidit, qui obesulas habent clunes,  
 Intrauit illuc unde prodeunt aures,  
 Quae de Sabæis mæstibus nihil spirant:  
 Quod ut animaduertit dicaculus quidam,  
 Urbaniorem ut se faceret, ait ridens:  
 Hæus Phylli, quis nam mordicus tenet uestem?  
 Vorabit hanc, ni præcaues. Ad hunc Phyllis,  
 Imo, inquit, ut scias, sibi labra abstergit:  
 Accede pupæ, basiare te nam uult.

## Ad Vesbiam.

Aspice, quàm uarijs distringar Vesbia curis.  
 Vror, & heu nostro manat ab igne liquor.  
 Sum Nilus, sumq; Aetna simul: refringite flammam  
 O lacrymæ lacrymas ebibe flamma meas.

## Ad Aeglen.

Si tibi sum Phœbus, si sum tibi Iuppiter Aegle:  
 Cur tu non Das hinc sis mihi, non Danae?

## Ad Pulicianum.

Ait nescio quis Pulicianus,  
 Ni pulex magis sit uocandus hic, qui  
 Vnus grammaticus, sed his minutis  
 Vel longe inferior, minutiorq; est,  
 Diuinum sibi passerem Catulli  
 Haud quaquam bene passerem sonare,  
 Nec iam id esse, quod aut uident legentes,  
 Sed quod uersiculis parum pudicis

Ludens innuat ipse Martialis:  
 Da mihi Basia, sed Catulliana:  
 Quæ si tot fuerint, quot ille dixit,  
 Donabo tibi passerem Catulli,  
 Ut sit, quod puero poëta possit  
 Post longas dare basiationes,  
 Quod saluo nequeat pudore dici.  
 Proh dij, quàm uaser es Puliciane,  
 Solus qui bene calleas poëtas.

Nimirum, & quod ab omnibus probetur,  
 Mutandum quoq; suspicaris illud,  
 Quod nunc illepidumq; & infacetum  
 Mendosis epigrammaton libellis  
 Insulse legit imperita turba:  
 Sic forjan tener ausus est Catullus,  
 Magno mittere passerem Maroni:  
 Cùm sit simpliciusq; rectiusq;  
 Mitti, dicere, mentulam Maroni.  
 Sed quid uos Aganippides puellæ  
 Ridetis? meus hic Pulicianus  
 Tam bellum sibi passerem Catulli  
 Intra uiscera habere concupiscit.

De eodem.

Vanas gigantum iras, & impetus graueis  
 Miratur aliquis audiens mortalium,  
 Ausumq; cælo uincula inferre irrita  
 Saeuum Typhoëa, cùm iugosum Pelion  
 Adderet Olympo, matre nec Terra satum  
 Agnosceret sese, impium donec pater

Iratus

Iratus ardenti igne subſtulit caput:  
 Vt par erat: nam quis petat ſanus Deos?  
 At nunc quis hoc, quis hoc ferat mortalium?  
 Iners, puſillus, unus heu pulex ciet  
 Turmas, cohorteis, copias, manipulos  
 Muſcarum, & altos ſcandere adparat toros  
 Heroum, opacis qui ſub umbris arborum  
 Strati, ac perenni flore ſubſulti caput,  
 Ducunt quietem perpetem, aternam, optimam:  
 Nec noſtra curant dicta uel facta amplius,  
 Vt qui beatos incolant tuti locos,  
 Et nomen alta in arce ſacrarint ſuum,  
 Functi periculis, & malis laboribus,  
 Cunclasq; fortune improbae calcant minas,  
 Nedum puſilli pulicis morſus leueis.  
 At tu moleſte, amare, ueſane, impie  
 Pulex, inepti concitator agminis,  
 Quò proripis te? quò uocas muſcarias  
 Iſtas phalanges? quò uolatilibus globos  
 Impellis audax? i procul miſer, miſer,  
 I criminoſe maximam in malam crucem. 11  
 Haud fas quietas manium ſedeis Deum  
 Muſcas ſubire, pulicumq; copias.  
 Nil hic negoci uel tibi, uel peſſimis  
 Tuis manipulis: quid moraris impie?  
 Abi profundam in noctem, & ultimum Chaos.  
 Speranda certe gloria hic nulla eſt tibi.  
 Quos dij probauere ſemel, hos ſemper probant.

Aëtron Marmoreus.

Viderat Ideo nudas in uertice diuas

Phryx Paris, & dixit, Vincis utranq; Venus.

At si, Gargaphys quam nos male uidimus undis,

Vidisset: poterat dicere, Cede Venus.

Orpheo respicienti.

Hoc fuit infelix, & adhuc heu respicis Orpheu,

Quod te, quod miseram perdidit Eurydicen.

Echo loquitur.

Vidi, arsi, fleui, tristemq; (heu fata) repulsam

Spreta tuli: sum nunc nox, sonus, aura, nihil.

Eadem iocatur.

Cum facie caream, queris, cur dicar imago:

Cum tua uerba sequar, dic, ubi lingua mea est?

In malum librum.

Si sapi, hospes abi, miserum neu tange libellum,

Non hic Mæoniden, Virgiliūmue leges,

Sed fædas Bauj chartas, & olentia Meui

Carmina, Romani dedecus eloquij.

Quid dubitas sacros incendia poscere lucos,

Abnuerit liquidas si dare Phæbus aquas?

ACT II

## A C T I I S Y N C E R I

S ANNAZARII NEAPOLITANI,

uiri patricij, Epigramma-

ton Liber II.



VM uehor picta uacuis phaselo,  
 Et modo septos iaculis echinos,  
 Nūc bene herētis scopulis laboro  
 Vellere conchas:

Tange uocales studiosa chordas

Musa, & auratum moderare plectrum:

Pauca de multis referamus acta

Regis amati.

Qualis herboso spatiosa campo

Virgo, iam matris decus, & uoluptas,

Nescit è solis uiolis coronam,

Cetera linquens.

Hic ubi ueras imitata turres

Tot simul pinnis, niuisq; teclis,

Rupe Mergillina sedens propinquum

Spectat in æquor,

Adsit ex imo Galatea fundo,

Nil timens, seuos Polyphemi amores,

Nec mihi durum resuens canenti

Obstrepit unda.

Sit licet magnus, trepidasq; turmas

Fregerit primis Federicus ausis,

Cum puer celsas penetravit Alpeis,

Saxaq; Rhens:

Texerit latis pelagus carinis,  
 Dalmatium dicitis populatus urbem:  
 Senferit presso propè fulminantem  
 Ore Timaeus:

Cinxerit sacra meritum corona  
 Et caput, Gallos quoniam feroceis  
 Contudit: totas reuocavit Orci ex  
 Faucibus urbeis:

Nil tamen maius, nihil egiit unquam  
 Fortius, quàm quòd titubante regno,  
 Cùm sibi sceptrum, & diadema posset  
 Sumere tutus,

Coniugem charam, propriosq; natos  
 Liquit, & fidas lacrymas clientum,  
 Fratris heu pulsam sobolem secutus  
 Per mare uastum.

Ergo nunc illi moderator alti  
 Aetheris, cui sunt pia facta cura,  
 Regium frontis decus, & negatos  
 Addit honores.

O fides, rarum, placidumq; numen,  
 O mihi nullis reticenda seclis,  
 Tete ego sternum prece, uictimisq;  
 Pronus adorem.

De Andrea Matthæo Aquiuino.

Cernis, ut exultet patrijs Aquiuinus in armis,  
 Duraq; spumanti fræna relaxet equo?  
 Quis miteis illum Permessi hausisse liquores  
 Credat, & imbelleis excoluisse lyras?

Consur

*Consurgunt niuea fulgenti in casside cristæ:*  
*At clypeus toruo Gorgonis ore tumet.*  
*Macte animo, rigidum Musas qui stringere ferrum,*  
*Qui Martem doctos cogis amare choros.*  
*Hæc ducis est uirtus, non uni insistere palma,*  
*Sed nomen factis querere, & ingenijs.*  
*In bubonem.*

*Nam quis te inepte bubo tam stolidus furor*  
*Adegit importunum inire prælium,*  
*Isto indecenti rostro, & alis luridis?*  
*Quid bellicose uolucris insulse asperas*  
*Laceßis ungueis? desine miser, dum licet,*  
*Ne dormientis excites somnum tuo*  
*Cũ maximo (ut par est) malo, iac clade ultima,*  
*Sed peruenire uis in ora uulgi, & hæc*  
*Via cupis scelestæ fieri notior?*  
*Non asequere, nec profeclo tam bono*  
*Fruere fato. An hoc pudendo sanguine*  
*Se tingat aquila fulminum & cæli immemor?*  
*Ponenda honesta mortis hæc spes est tibi.*

*In Lucretiam de Alexan-*  
*dro Sexto.*

~~*Quis tibi, quis tibi, quis tibi, quis tibi,*  
*Quis tibi, quis tibi, quis tibi, quis tibi,*~~

*Ad Mathonem.*

*Vt mandem uictura meis tua nomina chartis,*  
*Dicis amicitiam te Matho uelle meam.*  
*Et tibi semper in ore duces, quos Graius Homerus,*  
*Quos noster Latia uexit in astra tuba.*

*l s Dumq;*

Dumq; ego sum tanti te iudice, uenit ab horto  
Cum donis holitor bisue semelue tuis:

Scilicet aeterni pretium mihi grande daturus  
Nominis, & fide pignus amicitiae.

O Matho, quam felix & amico, et uate reperto es,  
Quam felix horzo, muneribusq; tuis,

Si quod dijs genitis uix tot peperere labores,  
Id tibi lactuca, prototomiq; dabunt.

De Patria Homeri.

Smyrna, Rhodos, Colophio, Salamin, Tos, Argos, As  
Cedite iam: caelum patria Mæonide est. (thens)

De Luna, & Pane.

Effudit longas Tegeæa in rupe querelas  
Pan captus forma candida Luna tua.

Cumq; leui calamos cera coniungeret, addit,  
Prædata es sensus tu quoq; canna meos.

In tumulam Amaranthæ.

Hic Amarantha tacet, quæ si fas uera fateri,  
Aut Veneri similis, uel Venus ipsa fuit.

Ad Ferrandum Regem.

Ex ferro nomen tibi sic licet, aurea condis  
Secula: nam sub te principe nemo metit.

De Summontij pietate.

Excitat obstrictas tumulis Summontius umbras,  
Impleat ut sancte munus amicitiae.

Vtq; prius uiuos, sic & post fata sodales  
Observat, tristes & sedet ante rogos.

Nec tantum uiolas cineri, ac bene olentia ponit  
Serta, sed & lacrymis irrigat ossa pijs.

Parua liquor: cultis reparat monumenta libellis,  
Cum possint longam saxa timere diem.

At tu, uiuaci que fulcis nomina fama,

Poscenti gratas Musa repende uices:

Vt quoniam dulcis optat sic uinere amicos,

Viuat, & in libris sit sacer ille meis.

De Venere, & Diana.

Incultam aspiciens syluis Cytherca Dianam,

Risit, & An tendes retia semper? ait.

Cui dea casta: Feris cur non ego retia tendam,

Tendere si potuit uir tuus illa tibi?

Ad Aeglen.

Absentem quæris, presentem despicias Aegle,

Non redamas, sed me uis in amore mori.

De Venere, & Priapo.

Traclabat clypeum Marti placitura Dione:

Sæuaq; feminea sumpserat arma manu.

Pone Dea, exclamat petulanti uoce Priapus,

Pone, decent istas hæc magis arma manus.

In Gelliam.

Quem tu nunc patruum, nunc patrem Gellia dicis,

Hic tibi nec patruus Gellia, nec pater est.

In Flaccum.

Non largitur opes, & uult epigrammata Flaccus,

Iure suo hæc poscit, uult sibi uerba dari.

De Peto compatre.

Petus delictiæ tuæ Dione,

Vni cui Charitum sales beatos,

Cui fontes dederas facetiarum,

Ac risus simul eleganter omnes,  
 Petus mortuus est tuus Dione,  
 Petus compater usq; ad astra notus.  
 Qui puro niuea colore mentis  
 Vincebat nitidissimos olores.  
 Cui de lacteolis tuis papillis  
 Donarunt uiolas Iocusq;, Amorq;,  
 Donavit teneram Thalia myrtum:  
 Mox promens citharam decentiorem,  
 Versus addidit eruditiores.  
 O saue nimium, maleq; Parca,  
 Vestros non potuit tenere fusos  
 Petus: qui rapidas domare tygres,  
 Qui duras potuit mouere quercus,  
 Vestras non potuit colos morari.  
 Sic, sic occidis heu miselle Pete:  
 Nec te Pierides tua, nec ipsa  
 Quae te per Paphon, & Gnidon uirentem,  
 Per colles Amathuntios uocauit,  
 Fatis eripuerunt tam malignis.  
 At non unanimes tui sodales,  
 Quos tu pectore tam pio colebas,  
 Quos tristes obitu tuo relinquis,  
 Hoc duro tibi defuere casu.  
 Quin me trans Ligerim, ferosq; Celtas,  
 Lustrantem Morinum pigras paludes,  
 Dum quare Oceani ultimos recessus,  
 Veris nuntius obruit querelis.  
 Ergo quid tibi tam uagus uiator,

Cui

Cui nec pulchra Neapolis, nec alti  
 Colles Pausilypi, nec ipse adestet  
 Sebethos pater, aut pater Veseuus,  
 Inferre exequiarum amice possem?  
 Rupem, quam uagus hinc, & inde Nereus  
 Alterna ueniens retundit unda,  
 Accessi, & procul angulo in supremo  
 Stans, supra pelagi alluentis aëstus,  
 Manes terq; quaterq; conuocaui.  
 Hic fudi lacrymas amariores:  
 Hic uici gemitus uel unus omnes,  
 Omnes & simul omnium querelas,  
 Mox quamuis cineri tuo decentem  
 Pontanus tumulum pararit, ac te  
 Cognatas ueneretur inter umbras,  
 Quamuis & diuturnis sepulcrum,  
 Quod nec secula uincere ipsa possint,  
 Diuinis paret excitare chartis:  
 Nostrum non tibi qualecunq; munus  
 Inter frigora, solitudinesq;  
 Cessauit, nec honore te supremo  
 Fraudauit miser: hoc scit ipsa Tethys,  
 Scit latè Oceani unda Gallicani.  
 Stant aræ tibi, stat uidenda nautis  
 Terreni tumuli pusilla moles,  
 Et buxus super, & dicata quercus.  
 Nam myrtum regio illa non habebat.  
 Que iussit pietas sacrare, ut esset  
 Natura tibi terminus sepulcrum.

Ignes nocturni Roma.

Aspicis, ut picli uultus imitetur olympi,  
 Certet & astriferas uincere Roma polos.  
 Scilicet hos Augustæ tibi largitur honores,  
 Ne cupias magni tecla uidere Iouis.  
 Alta coronate iactant incendia turres:  
 Et Vaticano fulmina monte tonant.

Dumq; palam tantos cupit ostentare paratus  
 Vrbs nimium in laudes ambitiosa suas:  
 Viuant astra, inquit, summo contenta Tonante,  
 Pareat Augusto dum modo Roma suo.

De Tyrannis, & Bruto.

Cum tot Tarquinos passim consurgere cernas,  
 Miraris, Brutum cur ferat Italia?

In tumulum pueri.

Nate patris, matrisq; amor, & suprema uoluptas,  
 Accipe, quæ nobis te dare par fuerat.  
 Busta cheu, tristiteuq; notas damus, inuida quando  
 Mors immaturo funere te rapuit.

De Hercule, & Ganymede.

Palluit Alcides teneri Ganymedis amore:  
 Et uetus, amissi cesserat ardor Hyle.  
 Quid loquit nobis puer hic? aut uxor honores  
 Eripuit quondam, nunc rapit ecce uirum.

In Vsentem crapulatozem.

Non futuit, non pædicat, non irrumat Vsens:  
 Ista olim, quid nunc? aut uomit, au comedat.

In degenerantem.

Nomen ani, non facta refer: diceris, ab illo

Alter

Alter, sed iuuenis tu, precor, ille senex.

De Ioue & Cupidine.

De ueneris nato quæsta est Dielima Tonanti,  
 Quod nimis ille puer promptus ad arma foret,  
 Tum pater accito ostendens grane fulmen Amori,  
 Hoc tibi sepe puer spicala franget, ait.  
 Cui lasciuus Amor motis hæc reddidit alis:  
 Quid si iterum posito fulmine cygnus eris?  
 In Riccium.

Aegrotat sedis uitio, & male Riccius audit.  
 Quid, si esset surdis Riccius auriculis?

De Danaë, & Ioue.

Formosam Danaën munit abenea turris:  
 Et satis hoc uanus credidit esse pater.  
 Indoluit, tenera miseratus fata puella  
 Iuppiter, & subito factus amator, ait:  
 Ergo arcere potes natam diuisq; uiriq;  
 At si non arces imbribus, imber ero.

De Lucio Grammatista.

Nocteis, & nocteis iterat dum Lucius, illi  
 Perpetuam noctem præbuit altus Arar.

~~De Alexandro & Perce Max~~

~~De Alexandro & Perce Max~~

De eodem.

~~De eodem~~

Epitaphium eiusdem.

~~Epitaphium eiusdem~~

~~[Illegible text]~~  
~~[Illegible text]~~

De eodem,

~~[Illegible text]~~  
~~[Illegible text]~~

De eodem.

~~[Illegible text]~~  
~~[Illegible text]~~

De Vulcano, & Venere.

Horrida caelicola narrabat praelia Maiors,

Sanāq;

S  
 Quo  
 I  
 Mir  
 C  
 Mir  
 A  
 Sal  
 S  
 Pen  
 D  
 Tum  
 F  
 Ind  
 A  
 Nil  
 C  
 Hi  
 Q  
 Rom  
 M  
 Mæ

Sæuâq; terribili capta trophæa manu:  
 Quòd Venus audiret, doluit Vulcanus. & , Hæus tu,  
 Inquit, an expectas, ut mea vincla canat?  
 De seipso.

Miraris liquidum cur non dissoluor in annem,  
 Cùm nunquam siccas cogar habere genas.  
 Miror ego, in tenuis potius non esse fauillas,  
 Assidue carpant cùm mea corda faces,  
 Scilicet ut misero possim superesse dolori,  
 Sic lacrymis flammæ temperat acer Amor.

De Hercule, & Ioue.

Pendebat Phrygiæ Tirynthius ore ministri,  
 Delicias magno dum facit ille Ioui.  
 Tum pater: Haud equidem faui fortissime, dixit,  
 Formosum rapuit: cùm tibi Nais Hylam.  
 De Venere, & Pallade.

Induerat thoraca humeris, galeamq; decoro  
 Aptarat cuspiti, Marte iubente, Venus.  
 Nil opus his, Sol, Diua, inquit: sumenda fuerunt,  
 Cùm uos ferratæ circuire plage.  
 Catonis tumulus.

Hic, ubi libertas, magni & iacet umbra Catonis,  
 Quam melius poterant Casaris ossa tegi?  
 De Venetorum signis.

Romanas Aquilæ postquam liquere cohortes,  
 Magnanimus turmas ducit in arma Leo.  
 De Andrea Matthæo AQUIUIUO  
 Duce Hadriæ.

Mæsta Bituntina duxerunt otia Nympha,

Nec faunis solitos exhibuere choros.  
 Scilicet optato quicquid sine principe cernunt,  
 Ingratum est, tantus principis urget amor.  
 Nec satis est positæ arcum spreuisse sagittis,  
 Quæstibus & totos continuasse dies:  
 Ast etiam nostris faciunt conuitia terris:  
 Et nos Sirenas, Lotophagosq; uocant.  
 Vera loquor: Dina ueniam date uera loquenti:  
 Non amor hic certe, sed magis inuidia est.

De Thelesinæ crinibus.

Dum neclit flauos auro Thelissima capillos,  
 Contraxit radios Phæbus: & erubuit.  
 Mox hæc ad superos: En auro iungitur aurum:  
 Hoc est mortales, hoc superare Deos.

In Galeatium Caracciolum.

Hippolyten, Leden, Thelesinam diligis unus:  
 Dic mihi, quid tota restat in urbe boni?

In theatrum Campanum.

Dicite semidei, syluarum numina, Panes,  
 Et si qua aduentu es Nympha fugata meo:  
 Cui licuit tantas saxorum euertere moles,  
 Quas iam disiectas uix nemora alta tegunt?  
 Hisne olim sucta est cuneis Campana iuuentus  
 Amphitheatrales læta uidere iocos?  
 Nunc ubi tot plaususq; hominum, uocesq; canora,  
 Tot risus, tot iam gaudia, tot facies?  
 Scilicet, heu futi leges: rapit omnia tempus,  
 Et quæ suslulerat, deprimit ipsa dies.

## De fonte Mergillines.

Est mihi riuo uitreus perenni  
 Fons, arenosum prope littus, unde  
 Sape discedens sibi nauta rores  
 Haurit amicos.

Vnicus nostris scatet ille ripis,  
 Montis immenso stitente tractu,  
 Vitifer quæ Pausilypus madosum ex-  
 currit in æquor.

Nunc ego uitta redimitus alba:  
 Flore, & æstiuus ueneror coronis,  
 Cùm timent amnes, & hiulca sæuum  
 Arua Leonem.

Antequam festæ redeant calendæ  
 Fortis Augusti, superantq; patri  
 Quattuor luces, mihi tempus omni  
 Dulcius auo.

Bis mihi sanctum, mihi bis uocandum,  
 Bis celebrandum potiore cultu,  
 Duplici uoto, geminaq; semper  
 Thurris accerra.

Namq; ab extremo properans eoo,  
 Hac die primum mihi uagienti  
 Phæbus illuxit, pariterq; dias  
 Hausimus auras.

Hac & insigni peragenda ritu  
 Sacra solennes ueniunt ad aras,  
 Nazari unde omnes tituli, mea q;  
 Nomina gentis,

Nazari uaslas cohibentis undas  
 Aequoris fauosq; domantis æstus,  
 Quicquid & uani truculenta iussit  
 Ira Neronis.

O decus cæli, simul & tuorum,  
 Rite quem parua ueneramur æde,  
 Cui frequentandis populis futuris  
 Ponimus aras:

Si mihi primos generis parentes,  
 Si mihi lucem pariter dedisti:  
 Huc age, & fontem tibi dedicatum  
 Sæpe reuise.  
 Diuo Nazario.

Natali quòd diue tuo lucem editus hausi,  
 Quòd tua nascenti lux mihi prima fuit:  
 Actius hoc riguo paruum cum fonte sacellum  
 Dedico, tu nutu fac rata uota tuo:

Vt quæ Sextiles lux uenerit ante calendas  
 Quarta sit hic generi bis celebranda meo,  
 Et quòd solennes reuocat tua festa per aras,  
 Et quòd natalem contigit esse meum.

De lauro, ad Neritiorum  
 ducem.

Illam deùm letis olim gestata triumphis,  
 Claraq; Phœbæ laurus honore comæ.  
 Iam pridem male culta, nouos emittere ramos,  
 Iam pridem baccas edere desierat.  
 Nunc lacrymis adiuta tuis reuiuiscit, & omne  
 Frondiferum spirans implet odore nemus.

Sed

Sed  
 Q  
 Ho  
 P

Sper  
 E  
 Null  
 P  
 Que  
 O

Quò  
 D  
 Sed  
 E

Si me  
 Si

Ne u  
 Ex  
 Et pe  
 Na

Cur  
 Tr  
 Natu

*Sed nec eam lacryma tantum iuuere perennes,  
 Quantum mansuro carmine quod colitur.  
 Hoc debent Aquiuine Duces tibi, debet & ipse  
 Phœbus: nam per te laurea sylua uiret.*

*In tumulum Cottæ Veronensis.*

*Sperabas tibi docta nouum Verona Catullum:  
 Experta es duros bis uiduata deos.  
 Nulla animum posthac res erigat: optima quando  
 Prima rapit celeri Parca inimica mana.  
 Quæ tamen ut uidit morientis frigida Cottæ  
 Ora, suum fassa est crimen, & erubuit.*

*In Picentem medicum.*

*Quod noctu latras, quod sellas olfacis unus,  
 Da ueniam Picens, hoc canis est uitium.  
 Sed quia tu Cynicus uis dici, & Clinicus idem,  
 Esse idem poteris Merdicus, & Medicus.*

*De Ferrando iuniore.*

*Si merita audieris Ferrandi, Nestora credas:  
 Si numeres annos, dixeris Antiochum.*

*De Card. S. Petri ad uincula.*

*Ne ualeam superi, bene si facere hic pote, quem fors  
 Exilio, & uinelis uexit ad imperium.  
 Et peream, ni cuncta euertere iam uolet hic, qui  
 Nil meminit præter uincula, & exilium.*

*Tumulus, in quo ploratur  
 filius unicus.*

*Cur heu letitiam falso dixere parentes?  
 Tristitiam qui me dicere debuerant.  
 Natus erat misera lux unica, matris ocellus*

Vnicus, hunc Lachesis noxia subripuit.

I nunc, uel Nioben confer mihi, cuius habet fors  
Hoc melius, fieri saxea quod potuit.

In picturam.

Anna parens, cui cœlestem sperare nepotem

Contigit, intacte uirginis Anna parens:

Vt tandem te te meliori in sede locares,

Credibile est artes edidicisse nouas.

Scilicet obscœna semper conuicia turba,

Et scelera antiqui perpetiar domini?

Vix hæc: & medicas inuadis protinus artes,

Nec mora, iam cæcis lumina restituis.

Accurrunt agri, complentur compita rhedis,

Occupat angustas sedula turba uias.

Ecce in quo picta es paries excinditur, & te

Accipit hospitio nata benigna pio.

Nimirum sapiis Anna, hoc contulit ipsa senectus:

Haud aliter poterat hac caruisse domo.

De Iunone, & Ganymede.

Iusserat Iliacum mensis ad stare ministrum

Iuppiter: at coniux, Quis mihi miscet, ait?

Ille uerecundis libat crystalla labellis

Cui dea, Amatori da puer ista tuo.

In Catonis laudem.

Quæ tegit extinctum cum libertate Catonem,

Insultat tumulis Casar arena tuus.

De Homero in Latinum uerso.

Quid septem de uate sacro contenditis urbes?

Ecce potest ciuem dicere Roma suum.

At vos aut nostrum, si fas, auferte Maronem,  
Aut alium uobis querite Meoniden.

In tumulum Allanii.

Tu, qui disiectos artus, inhumataq; furtim  
Aspansq; occulto membra refers tumulo,  
Macte animi pietate, tamen nihil irrita busti  
Gloria tam claros afferet ad cineres:  
Quandoquidem uoluit potius sic sparsa iacere,  
Quam cadere ad tristes nobilis umbræ rogos,  
Nunc late exigui fines egressa sepulcri,  
Eorum fama uerberat Oceanum,  
Contempsit dulcemq; animam floyemq; iuuenta,  
Sanguine ut agnato dedecus elueret.  
Cumq; hausit sacri stricto latus ense tyranni,  
Laudem obitu statuit querere, non tumulum.  
Quodq; magis mirere, hilaris, ridensq; cruentos  
Carnificis cultros cernere sustinuit.  
Disimulet patriam, taceat nomenq; genusq;:  
Qui facit hoc, dicit se Lacedæmonium.

In tumulum Caudolæ.

Hæc que te rigidi rapuit uis æffera fati,  
Quis matri miseræ tot peperit lacrymas,  
Flos ueterum Caudola uirum? tibi mæsta sepulcrum  
Illa dedit, tristes Actius hos titulos,  
Hos titulos, qui te nigras descendere ad umbras,  
Obduci Stygia non patiantur aqua.  
Tempora miretur quibus sua: talis Achilles,  
Talis, cum caderet, Martius Hector erat.  
I precor, i nullos non durature per annos,

Nestorcos qui iam uiuere dignus eras.

De Ioue, & Amore.

Iuppiter infractos iaculat dum saepe gigantes,

Et sibi seruati dat decus omne poli:

Sic est, inquit Amor: nanque hoc mugire solebat

Tunc quoq; cum torua fronte iuuenis eras.

In Leonen & Doct. Max.

~~Epigramma ad Leonem & Doctorem Maximum~~  
~~Epigramma ad Leonem & Doctorem Maximum~~

Hymnus ad D. Nazarium.

Nazari heu quis me tibi ad hanc supremi

Littoris ripam, quis ad hos putasset

Tethyos fluctus, quis ad has daturum

Thura paludes?

Post tot emensos pelago labores,

Tot pererratos populos, sub ipso

Fine terrarum datur ecce amicum

Cernere numen.

Ergo in extremis pater alme terris

Barbara norunt tua sacra gentes

Qua latus dextrum Liger aestuosus

Obiicit undis.

Iamq; & Aulercos genus acre, & ipsos

Cernis

Cernis ad te Lexouios citato  
Esedo, & picta uolitare flauos  
Puppe Britannos.

O mihi semper geniale coeli  
Sydus, ô fama decus omne nostra,  
Auctor ô idem mihi gentis, & spi-  
rabilis aura.

Se tibi debet proauorum origo, &  
Sanguinis si sunt decora ulla nostri:  
Dobet & prasens genus, & futurum,  
Debet & hæc lux

Sacra, quæ magnum mihi prima solem  
Obtulit nascenti, & inane aperti  
Aëris, pulchrosq; micantis æthra  
Fot simul ignes.

Hinc tuis per me dare grata templis  
Munera, hinc natalitias coronas  
Annuis suevit sociare fertis,  
Dum fuit hæc fors.

Nunc in ignotis uagor ecce campis,  
Regis heu chari exilium secutus,  
Dum fides, & fas, & amor, piusq;  
Me rapit ardor.

I puer, buxum nemore è propinquo  
Collige, & si quas tibi lituus offert  
Quercuum frondes: celebrare mæstum  
Sic iuuat annum.

O ubi dulces patriæ recessus  
Abluis Sebethe loca illa myrto

Consita, ô qui Pausilypi uirentes  
Det mihi citros,

Quâ tuum lambens maris unda fontem  
Margines parui minuuit sacelli,  
Nostrum opus, quo se recreet quotannis  
Leta iuuentus.

Quæ tibi sacris operata arenis,  
Frondebis remos, celeresq; cymbas  
Ornat, & forsân mea nunc, ut olim,  
Dona requirit.

Heu pater, cur heu mihi ad institutos  
Non licet iam iam properare cursus?  
Cur uetor templis, & adesse ludis  
Rite dicatis?

Sit satis uentos tolerasse, & imbres,  
Ac minas fatorum, hominumq; fraudes:  
Da pater tecto salientem auito  
Cernere fumum.

De Amore fugitiuo.

Quæritat huc raptum sibi Cypria natum:  
Ille sed ad nostri pectoris ima latet.  
Me miserû, quid agam? durus puer, aspera mater,  
Et magnum in me ius altera, & alter habent.  
Si celem, uideo quantus Deus ossa peruret:  
Sin prodam, merito durior hostis erit.  
Adde, & hæc non est, quæ natum ad flagra reposcat,  
Sed quæ de nostro bella cruore uelit.  
Ergo istuc fugitiue late, sed parciss ure:  
Haud alio poteris tutior esse loco.

De Camilla Scalampa Me-  
diolanensi.

Fumantem ambustis olim Phaethonta quadrigis

Exceptit rapidis fluctibus Eridanus.

Ecce recens Ticine tibi de sole trophaum

Erigit auratis culta Camilla comis.

Nam deus ille tuis ausus concurrere ripis,

Maioris numen sensit adesse Deae.

O fatum fluuiorum ergo noua fabula uestris

Semper erūt Nymphis aut pater, aut Phaethon.

De Violante Grappina fœ-  
mina præclaris.

Vnde mihi has uiolas affers puer? accipe mater,

Quando aliud calida de niue nil potui.

De niue tu calida uiolas? perstrinxit ocellos

Candor: & ecce, niuem quod puto, pectus erat.

Mira refert: sed tela ubi sunt illa aurea? habebam

Cùm legerem uiolas, nunc Violantis habet.

## De Morinna.

Sit spectanda comis, sit pulchro corpore tota,

Sit Venus, & blandas spiret ab ore rosas,

Aoniasq; Deas, ipsam quoq; Pallada uincat

Ingenio, & dulci pectore mella fluant:

Dum tamen ire mihi nocles Morinna quietas,

Et sinat arbitry libera iura mei.

Arsinus, & primos miseri desteuimus ignes:

Hoc satis extremo turpe in amore mori.

## Ad animum suum.

Arsisti, & miseram consumpsit flamma medullas,

Arid

Aridaq; in cineres ossa abire leues:  
 Fleuisti, voremq; oculi sudere perennem,  
 Sebethus lacrymis creuit & ipse tuis:  
 Ardendi, flendiq; igitur qua tanta cupido est?  
 O anime, exequias disce timere tuas:  
 Neue iterum tua damna, iteru tua funera queras:  
 Sirenum scopulos praeterisse iuuet.

## De Cassandra Marchesia.

Desine formosa dotes numerare puella,  
 Desine iam extinctas sollicitare faces.  
 Na dum saepe comas, frontemq;, humerosq;, manusq;  
 Commemoratis, proprios extruis ipse rogos.  
 Duq; oculis Cassandra, animo Cassadra recusat,  
 Cassandra heu mentis ius habet omne tuae.  
 Blandus amor tacitis subrepsit in ossa uenenis.  
 Sic sibi uel fatum quilibet esse potest.

## Hymnus diuo Gaudioso.

Gaudete cœtus uirginum  
 Plenas habentes lampadas.  
 Sponsus sacras ad nuptias  
 Venit repente: surgite,  
 Venit serenus Lucifer,  
 Nocturna pellens sidera:  
 Optata lux solennibus  
 Adest dicata gaudijs,  
 Lux clara, qua fugans nigram  
 Mundi sator caliginem,  
 Vestri latere gloriam  
 Patris diu non passus est,

Qua Gaudioſi ſegmina,  
Tot inreperſa ſeculis,  
Suis uidentia ciuibus,  
Diues retextit urnula.

O ter beate & amplius  
Lapis puſille, qui tuo  
Tanti uerendum praefulis  
Sinu recondis puluerem.

Praeful ſed o beator,  
Clara decus Neapolis,  
Tuae benignus patria  
Fer Gaudioſe gaudia.

Adſit fides, & ueritas,  
Adſit probata caſtitas:  
Morboſ, famem, pericula  
Tuis repelle manibus.

Ergo tibi ſit gloria  
Inſeparata Trinitas,  
Verbum, Paterq; & Spiritus,  
Qui condidiſti omnia.

De eodem, ad ueſperas.

Audiat ſurgens pariter, cadensq;  
Sol tuas laudes, meritoſq; honores,  
Vrbis o noſtra columen, tuaq;  
Gloria gentis.

Audiat caelum, mare, terra, & aer,  
Annuos ritus tibi dum nouamus,  
Dum damus flammis adolenda ſacris,  
Thura per aras.

Huc ades festa redimite fronde,  
 Cœlitum plausus, choreasq; linquens,  
 Et tuam sedem, tu. Gaudiose

Ossa reuise:

Ossa, quæ longa tumuli sub umbra  
 Abdita, ignaras latuere gentes,  
 Nocte mox pulsa redeunt apertas  
 Lucis in auras.

Hic dies nobis celesber, precamur,  
 Letior semper redeat, nec ullos  
 Hostium motus ferat, aut maligni  
 Sideris æstus.

Da tuis longam uenerande pacem  
 Ciuibus, da perpetuos honores,  
 Da bonam mentem, superiq; plenos  
 Luminis haustus.

Iusta poscentes animos benignus  
 Adiua, iniustos moderare sensus.  
 Sentiat per te patuisse castis  
 Aethera uotis.

Laus tibi cœli Pater, atq; princeps,  
 Omnium rector simul & creator,  
 Quem fides ueri studiosa trinum  
 Credit, & unum.

Ad diuum Nazarium.

Diue, cui uasti metuenda ponti  
 Vis, & irata famulantur unde,  
 Quem per & spumas gradientem, & æstus  
 Nauta uocauit,

Ah miser pœnas pelago daturus,  
 Cum niger circum streperet procellis  
 Auster, & turbata minax feriret  
 Sidera fluctus:

Te, mihi sanctum, patriumq; numen,  
 Te canam, gentis columen Latine,  
 Auream prolem patris Africani,  
 Perpetuæq;

Matris heu uulnus graue, dum relictis  
 Tybridis ripis, Italoq; cælo  
 Sponte trans Rhætos iter, & niuosas  
 Arripis Alpes,

Lacte depulsus, uelut ille, primi  
 Quem rapit cursus generosus ardor  
 Pullus, & matrem fugit, & rapacis  
 Transilit amnes.

Mox & ad Rhenum, horribilesq; tendit  
 Treuerûm gentes animosus hospes,  
 Morte festinans capere inuidendæ  
 Præmia palma.

Hic, ubi è charæ gremio parentis,  
 Iam necis magnæ comitem futurum,  
 Excipis celsum pater, & salubri  
 Perluis unda.

Perluis totas, mora nulla, & urbes:  
 Undique exhaustis properatur agris:  
 Barbaros gaudent Dryidæ sacrorum  
 Ponere ritus.

Nazari nomen, meritiq; famam

Audyt, si quem Liger in remotis  
 Occulit ripis, refugoue inundat  
 Sequana cursu.

Te neq; iniusti rabies Neronis,  
 Impios iam iam minitantis ignes,  
 Non per exertos Anolinus urgens  
 Terruit enses.

Iam uoluptatum gelidaq; uictor  
 Mortis, & lapsi reparator orbis  
 Diceris, milesq; per aequè Iberis  
 Notus, & Indis.

Ergo speratum genitor triumphum,  
 Et parum factis meruisse caelum est:  
 Aureum uultu iubar, & coruscans  
 Fundis honores.

Salus idè magni noua lux olympi,  
 Cui per extentas operosa terras  
 Tempia tot surgunt, calidisq; sumant  
 Ignibus ara.

Nos tibi hac grata scopulorum in umbra  
 Rite paruis adiculam columnis  
 Ponimus: nos perpetuo sacramus  
 Munere fontem.

Accipe aestiuam, noua ferta, citrum, &  
 Virgines lauros, gracilesq; myrtos,  
 Quosq; Mergillina tulit propinquo  
 Littore odores.

O mihi longos liceat per annos  
 Hic sacra, & festos renouare ludos,

Et tu

Adm

H

Cum

C

Infer

V

Nolu

H

Iccir

N

At ti

E

Iamq;

In

Borg

C

Pare

C

Hoc,

E

Que

Nam

Et

Et tuum castis sine fraude uotis  
 Poscere numen.

De Ferdinando Haualo Pi-  
 scariae Principe.

Admoneant iterum caelo si castra gigantes  
 Hoc duce, qua Ligurum gloria fracta iacet:  
 Cum Marte Enceladus, cum Phaebo signa Typhaeus  
 Conferet, ipse Haualus cum Ioue bella geret.

In Nolam urbem.

Insensum Musis nomen, male grata petenti  
 Vergilio optatam Nola negauit aquam.  
 Noluit haec eadem Iouiano rustica uatis  
 Hospitium paruae contribuuisse morae.  
 Accirco nimirum hoc dicta es nomine Nola,  
 Nolu eris magnis quod placuisse uiris.  
 At tibi pro scelere hoc caenosos fusa per agros  
 Exhaustit populos Styx uiolenta tuos.  
 Lamq; quid ò nullis abolenda infamia seclis  
 Imprecer? & caelum desit, & unda tibi.

In Borgiam.

Borgia cur summa nibili sacra fecerit hora,  
 Cumq; sua dominos spreuerit arce Deos,  
 Parcite mirari, qui talia poscitis, ac me  
 Credite Apollinea uerius ore loqui:  
 Hoc, quod uos caelum, quae numina dicitis, ille  
 Esse apinas longo tempore crediderat.

In Lygdamum.

Quaeris Lygdame, musca cur uoceris?  
 Nam musca es, mihi crede, tam molesta,

Quam nec sunt culices, grauesq; fuci,  
 Quam nec uermiculiq; cimicesq;  
 Vnum te tamen arceat necesse est.  
 Turdela auxilium cacantis, ut te  
 Non muscaria, miluūq; cauda,  
 Non ala accipitrum potentiorum  
 Auertant, abigantq; seuientem.

A

SA



P

Fl

H

Redi

Fe

R

Ch

Redi

Ae

Ma

Fr

Quis

Sig

Qu

Ad

Vocan

## ACTII CYNCEI

SANNAZARII NEAPOLITANI,

viri patricij, Epigramma-  
ton Liber ter-  
tius.

Mariæ Garloniæ Grappinæ.

PROPAGO formosæ arboris *Dime*Formosa uirgo, quæ uagos *uen*Inter orta Cupidines, *iambicæ*Veris lilia uincis, *generatiuæ*

Rosasq; moles, &amp; croci

Pulchrè rubentis igneum

Florem, &amp; unidulas comas

Halantis hyacinthi:

Redisti auitos ad lares, *iambicæ pentasyllabæ*Felicem ocellulis tuis *constat pondo reddi lo*Redditura Neapoliin, *et illary pondo*Charo adnixa marito: *generatiuæ 7 syllabæ*

Redisti ad optatos choros

Aequalium, &amp; probos sinus

Matris, ac bene cognitum

Fratris dulcis amorem. *constat pondo reddi lo*

Quis ò, quis hunc albo mihi

Signet diem lapillulo?

Quis Sabæa calentibus

Addat munera flammis?

Vocanda Musarum cohors.

Huc huc benigna, & abditam  
 Barbison cape, myrteis  
 Frontem uincta coronis  
 Thalia: quid dignum tuo  
 Promis favore? quid bonæ  
 Voce uel fidibus student  
 Respondere sorores?  
 Sed esse quid latum Deæ  
 Hic absq; amoribus potest?  
 Non mouet Chione suis  
 Non me Lyda papillis.  
 Procul facessant hinc malæ,  
 Secli pudor, libidines.  
 Mi sat est, minuat graues  
 Si Garlonia curas.  
 Inuenta cur me tam citò  
 Ludendo inepta deseris?  
 Hæc erat facies nouis  
 Non fraudanda libellis.

## Ad Cassandram.

Quarta Charis, decima es mihi Pieris, altera Cy-  
 Cassandra una choris addita diua tribus. (pris,  
 Se fidem seruaturum.  
 Si post fata nouos animas errare per artus  
 Verâ docent Samij dogmata nota semis,  
 Nec pote mens eadem mutari, seu ferus altis  
 Erræt aper syluis, seu uirga cantet auis:  
 Ipse ego (mens quoniam est uni seruire puella)  
 Exurgam mœstis turtur ab exequijs.

## In Adrianum Pont. Max.

Classe, uirisque potens, domitoque Oriente superbus,  
 Barbarus in Latias dux quatit arma domos:  
 In Vaticano noster latet, hunc tamen alto  
 Christo uides caelo. (pro dolor) & pateris?

## Ad Federicum.

Litibus abstinui semper, mihi testis Apollo est,  
 Et Muse, & studijs oia grata mei.  
 Nunc mo nescio quis per tristia iurgia uersat  
 Scotus, & riuici cogit ad arma fori.  
 Es fateor magnus pulsus Rex inelyte Gallus:  
 Pelle etiam Scotos, & mihi maior eris.

## Ad Eunum.

Quicquid erat tripodum Cumis, Delphisque, petisti,  
 Discere fortunam dum cupis Eune tuam.  
 At Deus, Extabis supra Regesque, Ducisque,  
 Veridico tandem retulit ore tibi.  
 Tu tamen hinc uanos sumpsisti Gracule fastus:  
 Iam magni dominus, iam pater orbis eras.  
 Ecce crucem ascendis, non te Deus Eune fefellit:  
 Omnia sunt crepidis inferiora tuis.

## Ad Porciam Branciam, &amp; Isabellam sororem.

Porcia & Isabella, uenuste pignora matris,  
 Dicite quis uestras non amet illecebras?  
 Tu quoque dic, tali cum sis dignissima partu,  
 Quis Leonora tuo nolit ab igne mori?  
 Natarum illecebris, matris simul ignis. uris  
 Qui cupit, is mortis flagrat amore sua.

Vita ualef: in lucro est perüsse: sed hoc reliquum,  
Quod sinus, est ipsis nix satis exequijs. (mors  
In Leonem x. Pont. Max.

~~Epigramma in Leonem Pontificis Maximi  
de morte eiusdem Pontificis~~

30. *Cor* *I* *S.*



*[Faint, illegible handwritten text or markings on the left edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]*





